

## Alte Drucke

### **Postillae siue Conciones In Epistolas Et Euangelia quæ ab adventu vsque ad Pascha in Ecclesia legi consueuerunt ...**

POSTILLAE || siue Conciones || IN EPISTOLAS ET || Euangelia quæ ab Aduentu  
vsque ad || Pascha in Ecclesia legi consueue-||runt, authore R. patre D. ||  
Ioanne Fero Conciona-||tore absolutissimo, ...

**Wild, Johann**

**Antverpiae, 1559**

Dominica II. ADVENTVS, EVANGELIVM Lucae XXI.

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150400**

## POSTILLA F. IOAN. FERI

te, non de die sed de hora. Quid autē die velocius, & quid hora breuius est? Quō minus ocio nobis indulgendum. Die enim & hora neglecta, qua Christus sese in via conspiciendū præbet, nunq̃ amplius illius videndi dabitur copia.

Hæc diligenti mēte peruoluimus, præsertim cum ex his, quæ Paulus à Christiano longē abesse velit, facili animaduertamus, quā procul à scopo aberremus, & quā male simus accincti ad ingressum in cœlestem Hierusalē, vt apud quos vitia omnia, in quæ Paulus inuehitur, in tanto sint vigore, vt nemo mortalium satis admirari nemoque satis conqueri possit.

*Phil. 4.* Sed fœridos istos porcos, carnalem & pecuinam vitam, contentiosos canes C H R I S T V S in sua processione nullo modo ferre potest, processioni ipsius dedecori sunt, mundū scandalizant, occasionem præbent, vt nomē dei infideles cōuitiis incessant. Quāobrem cum diuo Paulo receptui canā. De cætero, fratres, quæcunq̃ sunt vera, quæcunq̃ pudica, quæcunq̃ iusta, quæcunq̃ sancta, quæcunq̃ amabilia, quæcunq̃ bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogirate. Quæ & didicistis & accepistis, & audistis, & vidistis in me hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum. Amen.

## Dominica II.

### ADVENTVS, EVANGELIVM

Luce xxi.

**E** Runt signa in sole & luna & stellis, & in terræ pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum, crescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superueniēt vniuerso orbi. Nam virtutes cœlorū mouebuntur. Et tunc videbunt filiū hoīs venientē in nube cū potestate magna & maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, quoniā appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinē: Videte ficulneam & omnes arbores, cū producūt iam ex se fructū, scitis quoniam propē est æstas. Ita & vos cū videritis hæc fieri, scitote quoniā propē est regnum dei. Amen dico vobis, quia nō præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum & terra transibunt, verba autē mea nō transibunt.

EADEM

# EADEM DOMINICA

Secunda aduentus, Epist. Rom. xv.

**Q**uæcumq; scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt, ut per patientiam & consolationē scripturam, spēs habeamus. Deus autē patientiæ & solatiij det vobis idipsum sapere in alterutrū secundū Iesum Christum, ut vniuerses vno ore honorificetis deum & patrem Domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem dei. Dico enim Christum Iesum ministrū fuisse circumcisionis, propter veritatē dei, ad confirmandas promissiones patrū: gentes autē super misericordia honorare deum, sicut scriptū est: Propterea confitebor tibi in gētibus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: Laetamini gentes cum plebe eius. Et iterum: Laudate omnes gentes Dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursum Esaias ait: Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes, in eum gētes sperabunt. Deus autē spēs repleat vos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis in spē & virtute spiritus sancti.

## SERMO PRIMVS

Docet, cur huic Euangelio à præcedente statim secundus locus sit designatus.



Ominica die proximè præterita audiuius in euangelio illius diei vel potius luce clariùs vidimus, quomodo CHRISTVS fuit in terris regnum instituerit, quantū ad electos attinet, qui soli regnū Christi sibi vindicare possunt, quoniā vnico Christo adherēt in vera fide, in obedientia nō extor-

ta in imitatione perpetua. Quocirca etiam eos Christus recipit in amore maximo & fide, eorumq; animos perfundit tali gaudio, securitate, pace & cōsolatione, ut aliud gaudium in hoc mundo non affectent, nullumq; periculum pertimescant, ducit eos per fortunę & aduersitatum tempestates, per gloriam & ignominiam tanquam ignotos, qui tamen noti sunt, tanquam mortuos, qui tamen nunquam tristantur, tanquam moribundos, qui tamē in Christo immortales sunt, tanquam nihil habentes, qui tamen omnia possident, ducit verò eos in perennem atq; cōlestem ciuitatem Hierosolymam, vbi eos patri traditurus est, ut sit Deus omnia in omnibus. Hæc præterita dominica nos docuit.

1. Cor. 6.

2. Cor. 15.

C 3. Iam

# POSTILLA F. IOAN. FERI

Iam verò hac Dominica & in præfenti Euangelio ostenditur, quis sit regni Christi futurus status post vitæ nostræ & peregrinationis tempora; quantum ad bonos simul & malos attinget. His enim durantibus temporibus Christo, soli electi curæ sunt. Cæteros vepotè Iudeos, Ethnicos, Turcas, Tyrannos, hæreticos & peccatores suis viriis & erroribus relinquit, tale lolium, inter triticum bonum nasci & eicere in agro permittit, paleas cum tritico in horreū deferri finit, Iudam proditorem cū aliis Apostolis consuetudinem habere paritur. Verum ubi ad finem peruertum fuerit tum oculos in malos conuerteret, eorumq; rationem haberet, sed non nisi in ira sua, & plane in furore suo conturbabit ac confringeret eos tanquam vas figuli. Tum enim videbunt eum venientem cum potestate magna & maiestate, tum ingemiscunt & eiulabunt cunctæ terrarum Nationes, Tum impio hæc à Iudice verba occidentur. Hoc fecisti & filij, tum mundo tanto plus poenarum impendebit, quāto plus factum & luxū quæsiuit, tum dicent montibus & petris, cadite super nos & abscondite nos ab ira Agni.

Mat. 13.

Psal. 2.

Luc. 23.

Mat. 24.

Psal. 49.

Apoc. 18.

Apoc. 9.

Istud hodie docemur & nobis prædicatur. Quod quāq; filiis mundi, contēptoribus & hostibus Christi omnibusq; solo nōmine Christianis nō sit lætū nuntium, non tamen parum facit ad illustrandam Christi gloriā, animosq; bonorū mirabiliter confirmat et consolatur, scitu deniq; oppidō necessarium est. Primo enim nullus regū tanta bonitate mansuetudine ac lenitate præditus est, quin habeat suos Iudices & carnifices, gladiū & crucem, non quidem ad terrendos bonos, nec q̄ ex hominum cruciatibus & tormētis voluptatem capiat, se necessitatis solum causa, vt hominū malitia reprimatur arceaturq;. Et talis ipfius iustitia ac feruoritas in improbos illi non minus laudis conciliat, q̄ benignitas & humanitas erga bonos.

Rom. 13.

Ad hunc modum Christo quoq; laudi ducitur, q̄ declararet se non solum tanquam benignum Seruatorē ac redemptorem erga suos, verumetiam tāquam iustum & severum Iudicem in malos. Cuius rei notitia bono cuiq; summum adfert solarium. Nam cui alioquin liberet Christianū esse, si semper contumelias, fraudes & iniustitiam improborum ferre cogeretur, & præterea Deus semper cōiueret ac silentio omnia præteriret tanquam bona nunquā auxilia futurus, nec vnquā improbitati malorum cessationem impositurus.

Fig.

## DOM. II. ADVEN. SER. I. 22

Præter quod aliud quoque hic observandum est. Nisi enim præterquã Christus semel venit ceu Servator benignissimus, constaret illum denuo venturum tanquã iudicem, imple Ethnicorum opinio rursus exuscitaretur, qua putabant deo curæ nõ esse, quid agant homines in terris. Unde prohi certè multis calamitatibus afflicti planè succubaturi essent, & improbi ediuerso tantò magis in omni impietatis genere obfirmarentur, ac postremo tandem in filiis huius mundi omnis piers extincta foret.

Ioan. 32.

Qua de causa CHRISTVS futurum quoque iudicium prædicare voluit. Venerat quidem potissimum vt gratiam prædicaret daretque, sed postquam vidit tantam mundi inegritudinem, quodammodo coactus, gratiæ prædicationi, iustitiæ suæ denuntiationem appendit. Quoniam verò CHRISTVS ipse hoc fecit, non pudet ecclesiam illum in hac re imitari, quippe cum norit, ad quid conducatur, hancque solam verissimam esse methodum Christianæ doctrinæ, vt delictis circa fidem, Dei quoque timorem docere & prædicare. Aliero namque prætermisso, alterum quoque vacillat & inutile redditur, fides absque timore Dei non est fides, sed præsumptio, nec timor absque fide, dei timor est, sed magis pusillanimitas & certissima desperatio. Quapropter fides ita doceri debet, ne in præsumptionem aut temeritatem vertatur, & vicissim timor ita prædicari debet, ne pusillanimitas aut desperatio inde sequatur. Tum verò ex fide præsumptio non nascitur, si cū fide simul Dei timor doceatur nam quod fides hominem plus æquo animosum & confidentem facit, hoc cū timor magis reprimat & coërcet. Tum autem ex timore non fit pusillanimitas vel desperatio si fides quoque inter docendum non præmittatur, quod enim animum hominis nimium frangit & deficit timor, hoc rursus eum inflatur & fulcit fides. Verum vbi de fide tantummodo agitur, nec interim mentio fit Dei timoris, ibi profectò ex fide, mera, inutilis, fraudulenta, damnosã, & exitialis fit præsumptio, quemadmodum nostro iam sæculo passim videre licet magno cū detrimento multorum ac innumerabilium hominum, qui persuadēt sibi aut quibus ab aliis persuadetur se bonam & certam habere fidem, atque in ea Christum omniumque bonorum cumulum, cum tamen aliud nihil sit, quàm execrabilis præsumptio & temeritas.

Est

148.

# POSTILLA F. IOAN. FERI

Est itaq; optimus docendi modus, à primo Aduersu & ita  
carnatione Christi statim futuri iudicii meminisse, quo sit  
des & timor simul maneat, & neutrum illorum excludatur aut  
*LUC. 10.* in obliuionē veniat. Morem hunc iam seruat ecclesia, quē  
à nullo alio, q̄ à Christo ipso didicit, qui infirmo & faucio  
homini non solum vino & oleo simul vulnus ipsius asper-  
sit, sed etiam ecclesie eiusq; ministris duos dedit denarios,  
Legem nimirū & Euangelium, quo pristina sanitati & gro-  
tus restitueretur. Non merum Euangelium & mite oleum,  
nec mera lex & vinum asperum sit oportet, si homo recte  
inuarii debet, sed utrumq; simul temperatum & ita in vsum  
adhibitur, plurimum momenti habet.

Haud malè decuisset novos nostros & suapte spōte natos  
Theologos, Prædicantes, & scriptores, si ad tempus adhuc  
ecclesie scholā frequentassent, priusquā ipsi sese doctores  
profiterentur. Vel diuinandum etiā illis ecclesia posset pro-  
ponere, quomodo Christus vtiliter & cum fructu prædica-  
ri debeat. At nunc, heu dolorem, videre cogimur, importu-  
nis prædicationibus de sola & nuda fide, omnem dei timo-  
rem cōmentibus hominum tolli, quod quidem apud ipsos  
Christum prædicasse appellari potest, sed certè sine omni  
fructu, quinimò cum maximo damno dimidiatum Chris-  
tum prædicasse est. CHRISTVS primū seruatur ac deinde  
iudex prædicari vult. Neutrū ab altero separari potest.  
Illud fiduciam præbet, hoc timorem fouet.

Hoc pacto, omnes Prophetæ, omnes Apostoli, omnes ecc-  
lesie doctores Christum prædicarunt. Quod exemplum  
ecclesia hætenus secuta quoq; fuit, & ad id sua officia accō-  
modauit, vt videre est in istis duabus dominicis, quæ Chris-  
tum bifariam nobis repræsentarūt: primo, vt seruatorem,  
secundo, vt iudicem, idq; cōtinua temporis serie. Breuiter  
ecclesia nō solum filios habere vult, qui in Deum credunt,  
sed etiam, qui secundum fidem in timore Dei ambulant.

Vt autē omnes intelligant, etiā à Prophetis olim Chris-  
tum duplici isto modo prædictum esse, nempe tanquā ser-  
uatoꝝ & tanquā iudicem, vnicū ex sancto Davide proferā  
*Psal. 49.* exemplum, qui quodam in loco ita ait: Deus Deorum Do-  
minus locutus est, & vocauit terram, & Sion species deco-  
ris eius. Quibus verbis primum Christi aduentum cecinit,  
nimirū, q̄ tametsi Dominus & Deus esset, nō dominus qua-  
lem mundus habere consuevit: nec Deus, qualem sibi Eth-  
nici fingeāt, sed Dominus dominantū, & Deus deorum,  
progreſſu

progressurus tamen esset & venturus in humana natura de Sion, decore & pulchritudine planè superans omnes filios hominum, & gratia sui oris ac labiorè homines, qui terrā incolerent in sui regni amplitudinem vocaturus. Hoc, inquam, de primo Christi aduentu dictū est. Illico verò subiicit: Deus manifeste veniet, Deus noster & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. Aduocauit cælum desursum, & terrā discernere populum suum. Succincta hac breuitate diuinus Psalteris complexus est, quicquid CHRIS TVS in tribus Euāgelistiis copiosis verbis de secundo aduentu pertractauit. Verissimum itaq; esse deprehenditur id quod prisci ecclesiæ doctores dixere. Verus instrumentum nihil aliud esse, quàm occultationem quandā & veluti operculum noui, & nouum nihil aliud q̄ derectionem & manifestationē veteris. Cuius rei confirmandę succurrit hodiernum euāgelium & psalmus iam dictus: Veniet Deus, inquit David, intellige ad iudiciū. Breuiter dictū est, & ita, vt quis cogitare possit impios quosque etiam in sua diuina essentia viſuros. Nequaquā, inquit Christus in euangelio, filium tantum hominis videbunt. En sic explanat CHRIS TVS, quod David obscure dixit, & hoc vnum est.

Psal. 49

Mat. 24

Mar. 13

Luc. 21

Luc. 21

Secūdo, inquit David, Deus manifeste veniet, sed nō addit, quomodo aut quibus rationibus, quod Christus planius dicit: Veniet, inquit, in nubibus cæli cum magna potestate & maiestate. Secundum istud est. Tertio, ait David, nō silebit. Rursus obscure dictum est, idq; CHRIS TVS aperius refert, quomodo suam potentiā sit declaraturus. Erunt signa, inquit, in sole, luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione, &c. nam virtutes quoq; cælorū mouebuntur. Hoc illud est, veniet & nō silebit: quinimo hoc illud est, Palām veniet. Attamē David videtur promittere illum fore nostrum Deum, vnde colligere est, q̄ tamen si aduentus iste impiis horrorem incurrit, nobis tamen plus vtilitatis, quā incommodi sit allaturus. Quod expressis verbis modo Christus indicat. Quum hæc fieri cœperint subrigite oculos, & capita vestra attollite, quoniam prope est regnum dei.

Ex his opinor quibus posset perspicere hunc psalmū nō solum cum hodierno euangelio pulchre congruere: verum etiam Davidem eadem Christum prædicandi forma vsum esse,

POSTILLA F. IOAN. FERI.

esse, qua vti ecclesia & nunc solet, & semper solita est. Quam-  
to minus ipsius ordinationes fastidire nos conuenit, quin-  
tanto diligentius de iis cogitandi animus nobis esse debet,  
quandoquidem videmus magno studio, seueritate, grauita-  
teq; introductas esse & infituras. Deus Opt. Max. nobis su-  
am largiatur gratiam, Amen.

SECVNDVS. SERMO

agitur de fine mundi, cum adiuncta Epistola.

Luc. 21.

**H**odiernum euangelium fragmen- tum est prolixæ illius prædicationis, quam CHRIS TVS aliquando fecit de extremis temporibus, & cõsummatione mudi. Nõ immerito pium quemq; hominẽ in admiratio- nem ducere queat, qua occasione Christus in eiusmodi ser- monem inciderit, & quid tandem sibi iis verbis voluerit. Hunc autẽ scrupulum ipsi Euangelistæ nobis adimunt, quod quiuis intelliget facile, qui propius intuitus fuerit ea, quæ hoc euangelium vel præcedunt vel sequantur.

Mar. 13.

Mat. 24.

Principium & causa, per quam CHRIS TVS ad hanc orationem deuenit est, quod quidam ex ipsius discipulis se- mel cum Christo templum egressi admirarentur magnitudi- nem & excellentiam structuræ. Magister (inquirebant) vi- de lapidum & ædificij præstantiam. Ad quæ tum Christus statim respondit, futurum esse, vt tota illa templi machina operosissimè constructa funditus sit diruenda, adeo vt nec lapis fiat reliquus lapidi adhærens, qui non destruat. Cũ autem discipuli scire gestirent pergerentq; ex Christo que- rere, quo tempore aut quibus modis id futurum esset, exor- sus est prolixam illam prædicationem, vnde hodiernum istud Euangelium desumptum est. Hac veluti ansa in eam orationem CHRIS TVS inductus est. Ex initio tam pus- sillo, cepit Christus res maximas mundo occultas patefas- cere. De templi veneratione venit ad subuersionem vrbis Hierosolymæ, & ab hac ad finem mundi. Nec inconue- nienter vnum ex alio incidit. Postquam templum iaceret, non poterat fastus & intolerabilis arrogantia Iudeorum amplius subsistere, & quoniam templo non parci debebat, sequitur per se, vrbis multo minus parcendum esse. Et illud certissime constat Deum iam inde ab initio semper in po- pulo Israëlítico iudicium dedisse, quomodo se gerere vel- let erga omnes mortales & populos omni tempore tam in gratia, quam in indignatione, in misericordia & iustitia aut iudicio. Ex seruitute eos Ægyptiaca liberabat, vt testis

811

DOM. II. ADVEN. SER. II. 24

tum esset, se electos suos in communi liberaturum ab im-  
perio diaboli Israēlitas per mare rubrum sine omni pericu-  
lo transire fecit, aluit & fouit eos in solitudine pane ce-  
litus misso & liquore e saxis manante, tandem in terram  
fertilissimam mirabiliter eos deduxit, reges illis & sacerdo-  
tes prescecit, opemq; in necessitate tulit, quibus omnibus si-  
gnificare voluit, quid hactenus iam inde ab orbe condito  
apud suos fideles fecerit & adhuc facit, facturusq; sit usque  
ad mundi finem. Nam omnia illa per figuram & typum eis  
accidebant. Quo minus mirum videbitur, quod Christus  
hoc loco à vastatione Hierosolymæ statim orationem dese-  
dit ad finem mudi & futurum iudicium. Quod si reliqua  
omnia in hoc populo demonstrata fuere quæ Deus in ho-  
mines facturus esset, demonstrandum quoque in illis fuit,  
quem finem mundus esset sortiturus.

Hierosolyma & populus Iudaicus imago est & exem-  
plum, ex quo cuncti mortales videre & possent & deberet,  
quis casus tandem quæue fortuna mundum mansura sit.  
Tanta erat vrbis Hierosolymæ maiestas in ædificiis & in  
templo, ut etiam præ admiratione Apostoli obstupescerent,  
arbitrantes fieri non posse, quin eiusmodi structura perpe-  
tua esset futura, quam tamen Christus ita demolendam di-  
xit, ut nec lapis à lapide indiuisus relinquatur. Vastatiōis  
Hierosolymæ causa erat, quod non agnouissent nec agno-  
scere vellent tempus, in quo Deus gratia eos per filium suum  
inuiserat. Ante excidium multa addebantur portenta & pro-  
digia, quibus futura clades & interitus illis designabatur,  
quæa dimodum eorum Iosephus nec literis prodidit. In obsi-  
dione & euerfione vrbis, vna vice ingruerat, quicquid ma-  
lorū & plagarū Deus in homines vnquā decreuerat & edi-  
derat, fames, ferrum, pestis, seditio. Vrbe iam expugnata ne-  
mo sibi fuga consulere poterat, quicquid in ea inuentū est,  
aut mortem, oppetere aut captiuum duci decebat.

Quæ omnia quoque mundo dicta sunt & prænuntiata,  
nec aliud certè sperandū est. Eadem causa existit, quare idē  
euentus sit oportet. CHRISTVS in Ioanne ait: Hoc est iu-  
dicium: quia lux venit in mundum, & dilexerūt homines  
magis tenebras quàm lucem. Vastitas mundi & fortitudo  
ingens apparet, bene munitus est diuitiis, potentia, sapientia  
multitudine hominū et magnitudine ædificiorū &c. Sed nō  
siet reliquus lapis lapidi adhærēs, mundus transit & concu-  
piscencia eius, non opes nec potentia eum ab interitu vni-  
dicabit,

1. Cor. 10.

Marc. 13.

Luc. 19.

Ioan. 3.

1. Ioan. 2.

Soph. 1.

POSTILLA F. IOAN. FERI.

dicabit. Antequam iudicio mūdus subiiciatur, varia & hor-  
renda Deus præmittit prodigia, maiora multo & terribi-  
lora æditurus adhuc. Nam malorum infinita multitudo  
præcedere debet, quò æterna calamitas, quæ mundo illiusq;  
amatoribus imminet, satis primo ostensa sit & prædicta. Ve-  
igitur Hierosolymā nullum non plagarū genus vno cumu-  
lo opprimebat: ita omnis malorum lerna vna quasi tempe-  
state obruet mundū. Quapropter etiam Propheta extremi  
diei & iudicii horrore, nō satis exaggerare queunt, vt in pri-  
mis in Sophonia videre licet: Vox, inquit, diei domini ama-  
ra, tribulabitur ibi fortis, dies iræ dies illa, dies tribulatio-  
nis & angustiae, dies calamitatis & miserie, dies nebulae &  
turbinis, &c. Et paulo post: Sed & argentum eorū & aurum  
eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini: in igne  
zeli eius deuorabitur omnis terra, quia consummationem  
cū festinatione faciet cunctis habitantibus terram. Nec tum  
in pedes se conicere quisquam poterit, qui in mundo fue-  
rit inuentus, vt testatur Amos, vbi ait: Peribit fuga à velo-  
ce, & fortis non obtinebit virtutem suā, & robustus nō sal-  
uabit animam suam: & tenens arcum nō stabit, & velox pe-  
dibus suis non saluabitur, &c. Et rursus Deus per Prophetā  
dicit: Non saluabitur ex eis qui fugerit, si descenderint vsq;  
ad infernum, inde manus mea educet eos, &c.

*Soph. 1.*

*Amos 2.*

*Amos 9.*

Videte, ad hunc modum & in his, mundi scis cum exci-  
dio Hierosolymæ cōparabitur. Idq; totū Ioanni reuelatum  
fuit, in eo q̄ videret angelum lapidē molarem in mare des-  
turbantem magno cum fragore, hoc in super addentē. Ma-  
gnam Babylonem ingēti turbine sic casuram, nec amplius  
inuentum iri, in vna hora omnes illius delicias esse peritū-  
ras. Hoc iam CHRISTVS in euangelio significare voluit,  
mundum nimirum aliquando interitūrum, quo facto secu-  
tūrum quoq; generalem diem iudicii, cui sistendi sint vni-  
uersi homines, tam viui, q̄ vita functi, & post illud iudiciū  
percepturos malos gehennā, bonos verò certam & perfe-  
ctam redemptionem ac regnum æternæ beatitudinis.

*Apoc. 18.*

Cur autē CHRISTVS ista omnia prædicere voluit?  
Quò nos periculum tāto melius euitare possemus. Qua de  
causa quoq; huic euangelio statim subiicit: Attendite vobis  
ne forte grauētur corda vestra in crapula & ebrietate & eu-  
ris huius vitæ, & superueniat in vos repētina dies illa: tanq̄  
laqueus enim superueniet in oēs qui sedent super faciē om-  
nis terræ. Vigilate itaque, omni tempore orantes, vt digni  
habea-

*Luc. 21.*

”  
”  
”  
”

habea-

habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante  
 filium hominis. Et in Matthæo: Ideo estote parati, quia nescitis  
 qua hora filius hominis venturus est, quinimo de die  
 illa & hora nemo scit, neque angeli cælorum nisi solus pater.  
 Sicut autem in diebus Noë: ita erit & aduentus filij hominis,  
 sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bi-  
 bentes, nubentes & nuptui tradentes, usque ad eundem diem, quo  
 intrauit Noë in arcam, & non cognouerunt donec venit di-  
 luuium: & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. Tunc  
 duo erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur:  
 duæ molentes in mola, vna assumetur, & vna relinquetur:  
 duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relinquetur. Vigilate  
 ergo, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit.  
 His & id genus pluribus verbis indicat CHRISTVS, quæ  
 vsum ex hodierno euangelio capere possimus.

Prauam & dissolutam vitæ nostræ consuetudinem exor-  
 sam nobis reddere debet & somnum excutere, vt semper  
 parati simus velut iamiam motituri & coram Dei tribuna-  
 li comparituri. Huc referendæ quoque sunt duæ illæ simili-  
 tudines de sapientibus & fatuis virginibus, & de fidelibus  
 & infidelibus serujs.

Non ineptè etiam huc quadrat hodierna Epistola, præ-  
 sertim in principio & fine. Quæcunque scripta sunt, inquit  
 Paulus, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam  
 & consolationem scripturarum spem habeamus, &c. Epistola  
 hæc potissimum eam ob causam hodie legitur, vt intelligamus  
 Christum aduentasse, non vt Iudeis solū, verum etiam  
 Gentilibus bono ac saluti esset, & neutrius tamen partis me-  
 rita respexisse. Minime gentium: Etenim ad Iudæos venit  
 non quod tanta eorum in illum essent beneficia ac merita: sed  
 quod ex gratia promississet. Ad Gentes venit per Euangelium  
 suum, non quod de hoc ipso meriti essent, sed quod neminem vo-  
 lebat interire. Istud hodiernæ Epistolæ præcipuum argu-  
 mentum est, & ad hoc referuntur sententiæ, quas Paulus ad-  
 ducit ex Psalmis & Isaia Propheta. Nihilominus tamē in-  
 de haurire possumus, quod ad hodiernum euangelium nobis  
 inseruire queat, præsertim cum Paulus præclara multa  
 de spe prædicet, quam fideles habent, habereque debent.

Quæcunque scripta sunt, inquit, ad nostram doctrinam scripta  
 sunt, vt spe habeamus. Et in calce: Deus autem spei repleat  
 vos omni gaudio & pace in credendo, vt abundetis in spe  
 & virtute spiritus sancti. Nunc verò interrogas forsitan  
 D quæ

Mat. 24

Mat. 25

Rom. 15

# POSTILLA F. IOAN. FERI

**Lec. 21.** quæ nostra sit spes Haud dubiè nō alia, quàm de qua dicit  
 c. Christus. His fieri incipiētibus, respicite & leuate capita ves-  
 tra, quoniā appropinquat redemptio vestra. Et rursus: Cū  
 videritis hæc omnia fieri, scitote in proximo esse regnum  
 dei. Hæc nostra spes est. Vt enim certissimum signum est ins-  
 tantis ætatis, quando arbores ac terra ipsa incipiunt flo-  
 rescere & frondes protrudere: ita mōdo ad ruinam vergen-  
 te, iudicium infallibile est, deum & regnum ipsius præ for-  
 tibus esse. Hæc spes nostra est, hunc eventum expectare debe-  
 mus, & ad eum nos accingere, ad quod conducibilis nobis  
 fuerit hæc prædicatio de futuro fine & extremo iudicio.  
 Deus Opt. Max. nobis suam gratiam largiatur. Amen.

## TERTIVS SERMO

*De fine mundi agit.*

**L**ongè diuersissima hodierni euangelij species est ab  
 euāgelio præcedētis Dominicæ. Ibi nāq; oīa gaudio  
 & lætitia plena erāt, iucundū erat, quicquid Zacha-  
 rias Propheta loqueretur & populus faceret. Hodie  
 verò seueritate quandā terribilē cuncta præ se ferunt. Talia  
 sunt in hoc Euāgelio verba, & potissimum in principio, vt  
 quæ nō iniuria homini metū inlicere & possint & debeāt.  
**Zach. 9.** Illic inquit Zacharias: Exulta satis filia Zion, iubila filia Je-  
 rusalem, Ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator. Hodie  
**Luc. 21.** Christus ait: Videbūt filiū hoīs venientē in nubibus celi cū  
 magna potestate ac maiestate, atq; ita, vt ad eiusmodi adue-  
 tum, nō tantū Sol & Luna, aqua & terra mortalesq; oēs, sed  
 virtutes quoq; elementorū & cœli concutiātur cōmoueantur.  
 Er isthuc tamen ytringq; de Christo dictū est, & ambo  
 circa aduentum nostrum proponuntur nobis, vt ambo si-  
 mul, sicuti æquū est, meditemur ac perpēdamus. Alterū jam  
 vidimus & experti sumus, nēpe Christū summā cū mansue-  
 tudine aduenisse. Alterum certa spe ac fiducia expectamus,  
 Christum nimirum secundō venturum cum ingenti pote-  
 state & gloria. Quod si Propheta non fefellerit, qui prædixit  
 primum aduentū, multo minus fallēt **Christus** in eo,  
 quod ipsemet postremum suum aduentum promissit.

Quis autē prima fronte non videt, secundum Christi ad-  
 uentum primo præparationē postulare longè accuratiore?  
 Aut quis ingenij tam simplicis est, qui non animaduertat,  
 cur à maioribus ita institutum sit, vt absq; vllō propinquo  
 intervallo sese mutuo consequantur incarnatio Christi &  
mundi finis, natalis Christi & extremus dies? Et quidem si  
 temporum

temporum subdicatur ratio, infinitis modis à se inuicē distant. Mille & quingenti anni iam pridem elapsi sunt à primo Christi aduentu, necdū finis mundi aut extremus dies ullus apparet, nec scitur adhuc, in quot secula protendi debeat. In ecclesia verò octo tantum dierum spacio vnum altero seiunctum est, quinimo apud pium quēq; Christianum, ne vnus quidem dies, nō hora intercedere debet, sed quoties in mentem venit Christi semel venisse, toties quoque illi in mentem venire debet Christum secundo venturum, idq; non temere dico. Nam vbi in memoriam reuocatur solum primus Christi aduentus mera gratia & amore exuberans, ibi plerūq; fieri solet, vt Christiani reddantur segnes & pigri ad pietatis studia, vt passim iā per orbē videre est ac deprehendere. Vbi verò etiā Christus secundo venturus occinitur ac subinde mente repetitur nō solum quidem cum gratia, sed cum iudicio quoq; & iustitia, ibi tantō plus instigantur homines, iisq; calcar quodammodo additur. Nam hic sedulō vniciq; cōsiderandum est quomodo in conspectum talis iudicis prodire velit, & idcirco conandum, ne negligat gratiam hoc tempore, in quo ea sibi contingere potest, & vt eam in vsum conferat Deo dignum.

Idipsum quoque à suis filiis Ecclesia flagitat, atque ideo ytrunque Christi aduentum primum & postremum ob oculos nobis prope immediatē ponit, ne desides simus & maneamus, sed vt tantō citius ad gratiam festinemus, quandoquidem audimus iudicii diem nobis indictum esse, & vt tantō maturius fugam adornemus, mundoq; excedamus, postquam certi sumus cum perpetuō non duraturum, sed finem necessario habiturum aliquando, & quod plus est, nos non posse nobis vnus horā securitatem polliceri, ac indies magis ac magis talem rerum faciem sese proferre, ac si mundus ad extremum iam decurrisset. Merito, inquam, cadere nos incipiat in mundo diutius versari, si modo vel parum ratione, ne dicam animo Christiano pręditi essemus. Duriter profectō dictum est, quod CHRISTVS ait: Usque adeo immania & horrenda erunt signa in Sole, Luna, stellis & aqua, vt mortales extabescant prę metu, nihilq; expectent aliud, quā supremum malum. Postremo subdit, cælum & terram, hoc est, vniuersum mundum, quos oculis nostris expositus est, seu quicquid intra cælum & terrā est interire oportere. Qui igitur nō exanimetur metu, qui in mundo adhuc est & mundi amore captus tene-

Luc. 22.

# POSTILLA F. IOAN. FERI

tur? Qui inhabitat domum antiquam, & videt nunc hanc nunc illic fragmentum dissolui & concidere, audit iam ab hac, iam ab illa parte fragorem ædi, non potest sane aliud suspicari, quàm breui totam collapsurâ, quod si tum sapit, haud diu in tali domu cunctabitur, ne simul cum domu pessum eat, facile enim coniectare potest, se si in ipsa ruina deprehendatur serius fugam meditari.

Hoc verò est, quod cuius mortalium circa istud Euangelium secum existimare debet. Mundus domus antiqua est, multum ad terram sese inclinans, de die in diem deterior fit, nunc hic, nunc illic pars collabitur, nunc hic vrbs & tota sæpe regio funditus interit, nunc alibi, nunc hoc, nunc aliud periculum imminet, nunc hi, nunc alii sparguntur ruines. Que omnia indicio sunt maximo, hanc domum non esse perpetuam nec stabilem esse posse. Legat quis omnes historias tam ecclesiasticas quàm seculares, intelliget, quod immen-  
nem sæpenumerò hæc domus emisit fragorem, & multis in locis detrimentum passa sit, ita ut nemo cogitare aliud potuerit, quàm mundum iam cursum suum absoluisse.

Gen. 7. An non horribiliter tunc tota mundi machina cõcepabat, cum ingruente diluio mortales omnes deleberentur mergerenturque, octo exceptis personis? An non ingens paries labebatur, cum ignis diuinitus missus Sodomam & Gomorram penitus absumeret soloque æquaret? Loth cum suis filiabus aliud sperare haud quaquam poterant, quod de mundo iam actum

Gen. 19. esse. An non res erat supra modum terribilis, cum Egyptii decem plagis tempore tam breui & sine aliquo intervallo afficerentur? Quis tum non cogitasset domum, hoc est, mundum vniuersum corruturum? An non ruinam mundus

Exod. 7. tum vehementer minabatur, cum terra sese aperiret Dathan & Abiron cum tabernaculis & vniuersa substantia eorum vi uos deglutiens? Num. 16. Israelitarum quippe omnis multitudo terga vertebat, vociferabaturque veritas, ne & sibi terra dehisceret. Eiusmodi exemplis in sacris literis referta sunt omnia, quæ aliud nihil innunt, quàm domum hanc, mundi corruptibilem esse, & necessario aliquando ruiturum cum omnibus iis, qui spem suam in eo collocant.

In historiis secularibus non minus de fragore legitur. Tempore Mauritii Imperatoris tanta in Italia erat aquarum inundatio, ut omnes metuerent finem mundi presentem esse, ut Gregorius refert. Aliis temporibus tanta graues nonnunquam terramotus facti sunt, ut sæpe miræ altitudinis montes abscissi sint, & terra

& terra prae grandes ciuitates absorpserit. Nostra quidē a te tales terrae motus auditī nō sunt, sed tot alioquin portenta accidere memorantur, vt nemini dubiū sit, quin mundo occasus quā proximē imminet. Nunc autē adest Christus in hodierno euāgelio, qui rem per se aliās tristem, facit longe tristissimā, inquit, domum, mundū sub finem adiuturum sonum & fragorem multo vehemētiorem, ac postremo tandem totum calurum.

Hoc iā Christus animis nostris infigere voluit, cū in istum in aliis locis pluribus. Quare saepius inuenitur in euāgelio, vbi de fine mūdi mentionē facit. Quā rem nō minus serio agūt sancti Apostoli, Adueniet, inquit Petrus, dies dñi vt fur: in quo cœli magno impetu transient, elementa verō calore soluentur, terra autē & quę in ipsa sunt opera, exurentur. Ioānes in sua Apocalypsi ad longū ea de re scribit, quomodo Babylon mūds semel penitus sit interiturus. Quorsum ea omnia fiunt? Ne scilicet domui mūdo fidamus. Magna itaq; cecitate filios Adam, quin potius nos Christia-nos duci oportet, qui cū audimus tot crepitus, videmus nūc hanc, nunc illam partem in mūdi fabrica labascere, intelligimus nihil firmi nihilq; solidi esse in mūdo, audimus nos tam fideliter moneri, & tamē tā libenter in domu ruinosa maneamus, egrē ab ea diuellamur, nihilq; aliud moliamur, q̄ vt domū domui iungamus, agrū accumulēmus agro, saltē vt nidus & sedes nostra in edito sit ac in sublimi posita, cū tamen indies ad aures nostras deferatur id qd Deus in Propheta loquitur: Et si exaltatus fueris vt aquila, etsi inter sydera posueris nidū tuum, inde detrahā te. Hoc iam circa hodiernum euāgelii Christiano cuiq; considerandum est.

Qui sapit, nec velit in domu & cum mundo opprimi, nō diu in eo cesset, propter se expediat, locū sibi deligat tutiorem, quā mundus est. Bonus quisq; horreat, vel per vnius horae spatiū hærere in mundo. Atq; adeo ea de causa domū hanc Deus tantis fragoribus concuti sinit, tot iudiciorum & pœnarum horrenda edit exempla in mundo, & quanto mundus est magis nutabundus, tanto id facit vehementius & crebrius, vt eo tempestiuius fugam capiamus. O Sion fuge, quę habitas apud filiā Babylonis, fuge de terra Aquilonis, clamabant Prophetae ad priscos. Nolite diligere mundum (clamabāt nostri Apostoli) neq; ea quę in mūdo sunt. Mundus enim transiit & concupiscentia eius. Quę autem anchora tam sacra est, ad quam tutō cōfugere possis, quā

D 3 regnum

Mat. 24

Mat. 13.

2. Pet. 3.

Apoc. 18

Esa. 3.

Hier. 49.

Abdi. c. 2.

Zach. 2.

Ioan. 2.

## POSTILLA F. IOAN. FERI

*Ioan. 10* **regnum Christi.** Oues meæ, inquit Christus, non peribunt in æternū, & nō rapiet eas quisquam de manu mea. Hic au-

*Ioan. 17* **dis quale asylum sit regnū Christi.** Huc etiā pertinet, quod Christus dicit: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi de mundo, &c. Huic cōcinit id, quod in hodie nō euangelio monet. Cum hæc videritis fieri & animaduertitis mundum casui proximum esse eo q̄ elementa, cœli, terra & mare commoueātur, respicite & attollite capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.

Atq; hæc deniq; infallibili istius euangelij sententia est, Christum cum potestate rediturū, ac tum mundum cessaturum, regnū dei solum æternum fore. Iuxta hanc sententiam iam vnusquisque nouerit, quomodo se gerere debeat, nemo iis rebus credat, quarū interitus certus est, nemo in arena ædificet, sed videat, vt in firma petra figat pedē, quæ est solus CHRISTVS, in quo qui spem suā ponit, & in ipsius domu ac regno est, non commouebitur in æternum.

*2. Cor. 10*

### QVARTVS SERMO

*exponit Euangelium simul cum Epistola.*

**H**odiernum euangelium ita à Christo temperatum est & à sancto Luca descriptū, vt quiuis tam bonus quā malus in eo audiat legarve ea, quibus dignus est, hoc est, aut cōsolationem repetit si bonus est, aut stuporem si malus. Etenim primò dubiū nō est, quin furibus, homicidis alijsq; malefactoribus metus iniiciatur, vbi audiunt iudicem aduentare. Contra verò illi, qui innocens in carceribus detinetur, nihil læti accidere potest, q̄ cū audit adesse, qui illum à periculo liberare & vinculis solvere velit. Atqui verò Christus vtrancq; vicem obit. Nā seuere iudicem agit, agit & benignū seruatore, id quod ex presenti euangelio conuinci potest.

Nemo ingenij tā simplicis est, qui nō animaduertat Christum duplicem in eo prædicationē instituisse ac facere, vnā vehementem admodum & acrem, alteram solatio plenam. Prior illa in multitudinem maximam destinata est eorum, qui in mundo & cum mūdo occidere debent. Altera in pusillum gregem dirigitur eorū, quos Christus in primo suo aduentu ē mūdo vacauit ac redemit. Primis, hoc est mūdo, & qui ipsius sunt factionis in hoc euangelio nihil aliud dicitur nuntiaturq; q̄ quod perterrefaciat animumq; confternat. Nam primo sanē homini mortali, qui prorā, vt aiūt, ac puppim salutis suæ in mundo & rebus caducis collocat,

nihil

*Ioan. 15.*

nihil potest contingere formidabilius, quàm si audiat, talibus rebus omnibus terminum esse præfinitum, easq; tam certò perituras: quàm certò verbum dei integrè ac saluum in omnia secula mansurum sit. Secundo, quid omnibus inimicis dei aduersum magis & acerbius est, quàm si audiant necessitate inuitabili illis coram altissimi folio & tribuna li comparandum esse? Tertio, quid vniuersis creaturis tam graue est aut quid est, quòd tam ægre ferre possunt, quàm est ira dei? Rom. 14.

Iam verò hæc omnia mundo ipsiusq; amatoribus euentura nuntiantur. Cælum & terra transibunt, inquit Christus, hic audis mundum aliquando finem habiturum nam id propriè mundus appellatur, quicquid intra cæli & terre fines clauditur. Item CHRIS TVS ait: Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli, hic habes deum iudicii diem celebraturum mundumq; iudicaturum: Homines ex tabescent præ metu et cæc. inquit CHRIS TVS tertio. Argumentum tibi hoc satis euident est, post iudicium ira & indignationis fulmine feriendos esse improbos. Nam si præ ludia eiusmodi sunt, vt neminem non exanimare queant, quid de iudicio ac cõdemnatione ipsa futurum censemus? Si creatura homines malos in tantas angustias cogent & in metum consiciant, quid tandem iram dei futuram credimus, quæ instar ignis ardet, imò flagrat vsque ad inferni penetralia. Quin ea ipsa de causa tot funesta prodigia Deus præmittit, vt malum valeant sine fine nuntiare, inquit Gregorius. Esa. 30.  
Deut. 32.

Arbori in frugifera duo expectanda sunt, securis & ignis. " Mat. 3.  
Securis mortem adfert, quæ hominẽ prostermit ac decit. " Ibidem.  
Ignis verò condemnatio ipsa est ac iudicium, quod malos assumit. Ferendum quoquo modo esset, arborem, id est, hominem per mortem excindi, at illud miserrimũ est, post securim etiam sequi ignem. Verum enimvero duo Ioannes peccatoribus prædicauit. Securis, inquit, ad radicem arborum posita est. Et paulò post: Paleas comburent igni in extinguibili. Quod in hoc etiã Euangelio luculenter satis ostenditur, & prima prædicatio est, quam in eo Christus facit, sed talis prædicatio est, quæ hominem mundo addictũ tertere merito debeat, eiq; nauseam generare omnium huius temporis gaudiis ac voluptatib; Atq; hic sanè verus istius primæ prædicationis vsus esset & fructus, quem si inde consequi possemus, iam optimum & certissimum initium, Ibidem.

# POSTILLA F. IOAN. FERI

imò verissimam viam nobis struxissemus ad secundam predicationem, quam CHRISTVS solis bonis fecit idq; verbis solatio plenis. Qui ad verbum Dei & minas metu percellitur, is gratiæ & consolationi diuinæ eò proximior est. Cui mundus cum ipsius concupiscentiis sordere incipit, is tanto habilior est ad consolationem dei percipiendam.

Quapropter etiā CHRISTVS primo loco ponit, quod terreret nos & mundum nobis exolum redderet. Postea tandem ad suam consolationem venit, quam dat omnibus numeris absolutissimam, promittens suis primo certam securitatem, secundo perfectam redemptionem, tertio regnum Dei. Semper vnum alio nobilius est & præstātius. In terris hic nihil melius haberi potest pace & tranquillitate, hanc autem suis recipit CHRISTVS, in eo quòd indicat, quā vehemens animorum anxietas & rerum desperatio corripitura sit filios mundi, vbi signa venturi iudicis præcesserint. Deinde verò statim subiungit. His fieri incipientibus, respicite & cete, quasi dicat, quantumuis omnia in mundo futura sint turbulenta, vobis tamen nihil periculi erit, & quāto magis alij aduersitatū procellis turbabuntur, tanto vos animo magis pacato & læto fueritis. Isti huc iam vnum est, at nondum sat est.

Luc. 22.

CHRISTVS promittit suis non modò securitatē in huius mundi tempestatibus periculosis: verum etiam perfectā redemptionē, studio dico perfectam redemptionē. Nam in hac vita redemptionē quoq; habemus in Christo, hoc est, remissionem peccatorum, vt Pauli verbis vtar. A criminibus nos CHRISTVS immunes reddidit, sed nōdū ab omni malorum afflictione, quam vt Deus à nobis auertat indies precamur in oratione dominica. Nam hunc orādī modū CHRISTVS nobis prescribit. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Quid verò CHRISTVS in hodierno ait Euāgelio ē Appropinquat vestra redemptio.

Ephe. 1.

Mat. 6.

Postremo ac supra hæc omnia, promittit etiam suis regnum dei, quo homo nihil maius optare potest. Nunc autē tibi iudicandum relinquo an non hæc predicatio multum differat à priore, quam filiis mundi fecit, quum tamen ambas CHRISTVS pronuntiarit, & idem author Lucas literis mandarit, primam vt cautelæ, alterā vt solatii loco esset, vel ambas potius ad declarandam ac manifestandam diuinam misericiordiam, vt qui nos tam fideliter futuri periculi & damni admoneat, suatq; bona non modò promittat benignē.

pignè, verum etiam abundanter impartiat.

Qui itaque peccatis adhuc obnoxius est & mundi amore tenetur, is ad primam concionem aures arrigat, in qua CHRISTVS de fine mudi & futuro iudicio prædicat, prædicationem illam animo suo probè infigat, non moreretur, quod triste & iniucundum quiddam sonet. Talis enim moror ac tristitia plurimum in ipso vtilitatis operabitur, nimirum timorem primo generabit propter admissa præterita, ac deinde indignationem & emulationem, qua cupiat de se ob flagitia vltro supplicium dare, tertio cupiditatem diuinæ gratiæ, quarto studium ac sollicitudinē partam gratiam conferuandi. 2. Cor. 7.

Contra verò, quisquis es, qui Christum ex intimis animi affectibus amas, gaude apud hodiernum euangelium, in quo redemptio tibi promittitur, & non modo redemptio ad tempus huius vitæ, qualem Iudæi expectât à suo Messia, nec talis redemptio, qualem olim somniabant hæretici quidam, Chiliasæ appellati, qui sibi persuadebant Christum post extremum diem, mille annos cum suis in terris regnaturum in omni gaudio & voluptate. Talem redemptionē 2. Cor. 7. CHRISTVS nobis non promittit. Regnum enim ipsius non est de hoc mundo. Scimus animas nostras iam pridem per Christum libertate donatas esse & redemptas à peccatis, à tyrannide diaboli, à maledictione legis & ab ira dei. Nec ignoramus illum corpora nostra ac nos planè totos à morte & omni corruptione ac mortalitate, deniq; ab omni malo vindicaturū. Expectamus, inquit Paulus, saluatorem, Phil. 3. dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratū corpori charitatis suæ. Ea nobis hic redemptio promittitur tam certo, quàm certo astatis vicissitudinem sequitur hyems. et contra.

Cæterum patientia & longanimitate omnino hic opus est. Nam differt Dominus reditum suum, vt ait Petrus, non quòd suarum promissionum oblitus sit, sed quòd patienter agat nolens aliquos perire, adueniet autem dies Domini. Interim tamen, vt dixi, nostrum est, eiusmodi dilationem patienti animo ferre. Quæ causa etiam est, cur hodie legatur epistola, in qua Paulus de spe & longanimitate expectatione prolixè agit. Quæcunq; scripta sunt, inquit, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & cōsolationem scripturarum spem habeamus, &c. Rom. 15.

# POSTILLA F. IOAN. FERI

In hac Epistola docet Paulus, quid nos facere oporteat interea temporis, donec veniat Dominus, nempe primo, ut in spe patienter perseveremus. Qui crediderit, inquit Esaias, non fefinet. Secundò, si diuturnæ cunctationis dominicæ diu nobis obrepere sentiamus, ut ipsi nos consolemur Sacre scripturæ exemplis, & præsertim iis, quæ ad Hebræos Paulus enumerat. Tertiò, ut cum aliis hominibus pacifica consuetudine utamur. Quarto, ac potissimum ut gratiæ dono animum nostrum confirmemus, quod iam dudum accepimus. Rarum quippe donum est, nos ex gentium familia cum populo dei coaluisse cumque iis necessitudinem cõtraxisse, & radicem Iesse, qui stat in signum Populorum, nobis quoque erectam esse & cæte. Postremò, ut precemur, ut Deus Opt. Max. corda nostra dignetur repleare gaudio & pace in fide, quò spes & virtus sancti spiritus in nobis crescat augeaturq;.

Hæc sunt, quæ nos ecclesia hodie docere vult. Et quomodo obsecro meliorem commodioremq; adhortationem habere possemus, vel etiam optare circa hodiernum euangelium? Idcirco memoriæ ea mandemus & continuo mente volumus. Quod si prædicatio de extremo iudicio examinatum te reddit, capesse prædicationem de gratia dei & vitam tuam institus, ut non necesse sit te postremum Christi aduentum formidare & extimescere: sed ut eum cum gaudio & certa fiducia summis votis optare possis & expectare. Quod Deus Opt. Max. nobis omnibus concedat. Amen.

## SERMO QVINTVS,

Docet non solum fidem sed timorem quoq; Dei prædicandum esse.

CHRISTVS per totum istud Euangelium de futuris loquitur, hoc est, de talibus rebus, quæ temporibus seculis & potissimè sub finem mundi contingere debeant. Quamobrem opandum magno opere foret, nos Christianos hic tantam adhibere industriam & tam diligenter omnia expiscari, ut olim Nabuchodonosor Babyloniarum Rex fecisse memoratur, qui ad vnicum hominum non conquiescebat, donec illius interpretationem esset nactus. Haud præter rem nostram fore arbitrarer, nec quicquam cœu anxiam curiositatem seu temerantiam

tema

gem damnare posset. Alias quidem parum meretur laudis in scripturis, qui futurarum rerum noscendarum plus æquo studiosus est, & præsertim si præsentia negligat. *Altiora* te, inquit Sapiens, ne quaesieris. Non est vestrum, inquit *Eccl. 9.* *Adt. 1.* CHRIS TVS, nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Non plus sapere (ait Paulus) quam oportet sapere. Vade (dicit angelus ad Daniele) quia clausi sunt, signatiq; sermones usque ad præfinitum tempus.

Næ & id genus aliæ sententiæ manifesto dictitant, non esse hominis Christiani, arcana & futura temere scrutari. Sin verò Deus ipse mysteria quadam futurave detegit, non modo nefas non est: sed omni etiam laude dignissimum, de iis cogitandi & inquirendi studio incumbere. Ad hunc modum etiam Deus olim Regi Babylonie sonnium im- miserat, in quo præfigurabatur, quæ futura esset sui aliorumq; regnorum in terris vicissitudo. Rex animo quieto esse nequibat, donec rescivisset quid sibi somnium illud portenderet. Quare ad se vocari iubet omnes ariolos, magos, maleficos, & Chaldaeos, si forte eorum aliquis tantum polleret arte, qui posset id explicare, quanquam quod ad ipsum, magis id fiebat ex curiositate quadam humana, quam zelo dei. Nobis hoc labore nihil opus est, non opus habemus talibus præstigiis Diabolicis, quæ de futuris nobis canant. Si cui aures pruriunt & scire delectatur, quid successu temporis futurum sit, is in manus sumat hoc evangelium, in quo prognosticum habebit certum & infallibile. Etenim verum hic audit Prophetam, quem solum nihil futurorum fugit. Amen dico vobis, inquit, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant: Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

Quæ igitur illa sunt, quæ futuris temporibus evenire necesse est? Primum est, quod mundus finem sit habiturus, cuius indiciu prius dabit quotidiana ipsius diminutio mutatioq;. Secundum est, quod Deus diem definit, quem tamen solus norit, in quo CHRIS TVS ad nos rediturus est cum magna potestate ac maiestate, iudicaturus vivos & mortuos. Tertium est, quod post iudicium premiu ratio habenda sit, ita ut ad bonos perventura sit felicitas perpetua, nulla vniquam malorum afflictione contaminanda: ad malos verò condemnatio sine rescitu.

Hæc

*Eccl. 9.*

*Adt. 1.*

*Rom. 12.*

*Dan. 11.*

*Dan. 2.*

*Luc. 21.*

*Mat. 24.*

# POSTILLA F. IOAN. FERI

Hæc sunt, quæ in hodierno euangelio verus & omnium certissimus Vates futura prædixit, quæ nobis dominica hac cōsideranda proponuntur, nō alia sanè de causa, quàm vt penes fidem in Christum, simul quoq; discamus in vero dei timore vitam degere & ambulare.

Ita nanque planè necessum est, & ita fieri oportet, quantumvis id ægrè huic seculo persuaderetur. Fides & timor dei vinculo indissolubili connexa sunt, neutrum citra alterius præsidium ad beatitudinem sufficere potest. Fidem & timorem dei cōiuncta esse oportere videmus ac deprehendimus in omnibus iis, qui vnquam Deo placuere, tam in veteri q̃ in nouo testamento. Fidem & dei timorem simul, Apostoli eorumq; posterī ac successores docuere, tanta cum seueritate & tam apertè, vt vel ex hac re solum abunde possit cognosci, qui catholicus sit, qui non. Quicumque enim in catholica, vera ac christiana ecclesia scripserunt, semper fidem & timorem dei simul tractauere. Hos iam qui nō imitatur, eum non catholicum esse, sed nescio quem affirmare ausim. Breuiter, ecclesia in hoc euangelio dei timorem nos docere vult, nobisq; inculcare. Nec quicquam est, quod citius & validius dei timorem animis nostris imprimere possit, quàm alta & seria futuri dei iudicij cōsideratio. Cuius rei grauis simum & valde insigne in diuo Iob extat exemplum. Is de seipso fert se Deum & ipsius iudicium nō aliter timuisse, ac in mari solent homines metuere maximos fluctus & vndarum procellas. Semper, inquit, quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui.

Iob. 31.

Lib. 21. moe  
ral. cap. 16.

Hæc verba Gregorius commodè in suum vsum trahit, multisq; ostendit, quid in iis verbis sanctissimus Iob expertus sit, & quas ea in nobis cogitationes excitare debeant. Surgentibus in mari eiusmodi fluctibus, eos qui in nauī sunt animo esse parum hilari existimare possumus, quinimo adeo interdum expauescere, vt facile omnis gaudij ac hilaritatis, pecuniarum & bonorum deniq; omnium obliuiscantur, nec dubitent ipsi suas merces sæpe in mare præcipitare & rerum suarum, quas secum habent dispendium facere, vt hoc pacto saltem vitæ consulatur.

Sic etiam ait Iob, q̃ quoties dei ac ipsius iudicij meminerit, sibi visus sit tanquam in medio mari periclitari, & videre vastos in se fluctus insiar montium impetum facere. Vnde facile animaduertere est, eum ex huius mundi bonis & facultatibus parum cœpisse voluptatis, quemadmodū & in maria.

334

maria.

maris periculis nemo est, qui gaudio affici possit. Quin vero ut tempestas maris primum à parvis fluctibus initium sumit, qui magis ac magis in altum tolluntur ita, ut ad extremum navim totam opprimant & mergant: Ita quoque iudicium dei paulatim sese profert, nunc paruos fluctus videmus exoriri, bella, famem, pestem, terræ motus, subitam caliginem cœlestium luminum atque alia similia portenta. Et hi humiles adhuc fluctus sunt, à quibus tempestas diuini iudicii incipit, sed ii magis ac magis increscunt & horribiliores fiunt, donec tandem iudex veniat, qui omnia elementa commouebit, sicut per Prophetam prædixit. Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cœlum & terram, & mare & aridam. Et mouebo omnes gêtes. Et sub finem. Et subuertam solium regnorum, & conteram fortitudinem regni Gentium: & subuertam quadrigam & ascensorem eius: & descendent equi, & ascensores eorum.

Aggei. 2.

Sic igitur docet nos Iob vir sanctissimus, quid de iudicio dei nobis existimandum sit, is, inquam, Iob ipse, cuius probitatem & iustitiam Deus ipse prædicauit. Quod si igitur proborum etiam animos iudicium dei tantopere commouet, ut videantur sibi esse in medio mari & tempestate maxima: quibus terroribus improbos motum iri arbitramur? Et si iustus quidem vix saluabitur, impius & peccator ubi parebunt? Quæ omnia eo spectant, ut præter fidem dei quoque timoris habeatur ratio, & ut sciatur circa primum Christi aduentum, Christum secundo venturum esse. Atque istud duabus hisce dominicis maiores nobis proposuere, idque non omnino frustra, sed necessarias ob causas, promiscuæ enim multitudini nihil tam necessarium est, quæ ut illi futurum iudicium probe et altè satis infigatur imprimaturque, quoniâ sua sponte raro vel nunquam de eo cogitat. Deus Opt. Max. faxit, ut vtrumque Christi aduentum simul in memoria iugiter habeamus, & ita accipiamus primum, ne ad secundum perterrefacti animum despondeamus, Amen.

Iob. 1.

1. Pet. 4.

## SERMO SEXTVS

Loquitur de duplici redemptione, quæ nobis continetur  
git per Christum, cum adiuncta Epistola M. 6.

**H**odie rursus christianæ doctrinæ exordium sumimus ab eo loco, in quo dominica præterita desinit. Auspiciis gloriosum & plausibile fuit. Nam ibi statim in frontispicio, duo nomina & titulos insignes

# POSTILLA F. IOAN. FERI

gnes de Christo audiuius, qui nos merito exhilarare, atque adeo omnes mortales ad Christum pertrahere & in Christo conseruare debebant. Et qui sunt illi tituli tā spe; ciōsi? Quōd in Zacharia appelleretur iustus & saluator, & q̄ non solum ipse his nominibus p̄ditus sit: sed illa dare possit, & det etiam suis fidelibus, iustitiā & salutem, illud ad animā pertinet, hoc ad corpus. In primo nobis Christus promittitur & indicatur, vt qui peccata nostra expiet, faciatq; nos iustos & deo acceptos. In altero, vt qui corpora nostra à morte, à corruptione & ab omni malo immunia seruare, & possit & velit.

Atqut verò tali domino supra q̄ credibile est opus habemus, qui iustus sit & saluator, qui iustitiam & salutem dare, qui animam & corpus à peccato & morte redimere possit, quandoquidem manifestum est, vtrinq; & anima & corpore nos miseros esse: anima, quoniam peccatorum contagio infecti: corpore, quoniam innumeris calamitatibus & arūnis, morti aliisq; morbis penē infinitis obnoxii sumus. Quorsum iam attineret ab vnā nos integros esse, ab altera verò parte etiam grauius laborare? Quid conferret nobis, à peccatis nos esse puros, nisi aliquando corporis quoque onus & molestia ponenda sit? Aut quid p̄clari tum nati essemus, si CHRISTVS corpore cōsuleret, & animā in peccatis & ira dei immerfam esse sineret? Nihil sanē. Opus est nobis seruatore, qui animæ & corpore, ac toto denique homini possit esse auxilio. quemadmodū malus spiritus totū hominem animā & corpore perdidit, animam in peccatum, corpus in mortem, corruptionē aliāq; mala plurima coniiciens. Aduersus eiusmodi duplex damnum & toxicum serpentis infernalis, opus habemus medico & seruatore, qui vtrinque succurrere & toto homini mederi possit in anima & corpore. Hoc qui p̄stare posset, nemo fuit

Gen. 3.

Ioan. 6.

Ioan. 9.

Ioan. 11.

2.

2.

Ioan. 7.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

alius aut esse potuit, q̄ Christus. Hunc ad tale opus pater signauit Deus. Me, inquit, oportet operari opera dei. Et alibi, Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, nō morietur in aeternū, etiam si mortuus fuerit, viuet. Atq; eam ob rem Christus animam humanam & humanum corpus assumpsit, vt eō minus dubitarem ipsū redempturū vtrinq; & totum hominem saluum facturū.

Quæ res nobis his diebus proponitur, vt fixius memorie inhaereat, ne vnquā vllōve in loco nos diuina deficiat cōsolatio. Audiuius, prima dominica Christū, prima vīce adue

Aduenisse animam subueniendi gratia, ad quod respexit Propheta, ubi ait illum venturū humilem ac mansuetū, vt nemo eum propter peccata sua formidare debeat. Hodie vero audimus, ipsum denuo uenturū, & corpora nostra iam putrefacta à morte & omni corruptione redempturum, & hoc iam quadrat ad id, quod euangelium istud dicit venturum ipsum hac vice cum diuina virtute & potētia, ne vli dubium sit, sed oēs pro certo habeant, eum tale præstare posse. Quid enim virtuti dei & potentia impossibile est? Ipse (inquit Deus in Ezechiele) dicunt, Aruerunt ossa nostra, & perit spes nostra, & abscessi sumus. Propterea vaticinare & dices ad eos, Hec dicit dominus Deus, Ecce ego apertiam tumulos vestros & educam vos de sepulchris vestris populus meus, & dabo spiritum meum in vobis, & vixeritis, & requiescere vos faciam super humum vestram, & scietis, quia ego Dominus locutus sum, & feci, ait Dominus Deus.

Zach. 9<sup>a</sup>Luc. 21<sup>a</sup>Ezech. 37<sup>a</sup>

En, duplicē hanc duabus istis dominicis accepimus consolationem. Ecquid amplius vis? Si quis est, quē conscientia cruciat ex recordatione suorum scelerum, is animum refert ex eo, quod CHRISTVS nō alia de causa venerit in hūc mundum, q̄ vt animas nostras peccatis eximeret. Rursus quem externa tribulatio premit, seu etiā mors terret, is eā spem habet, quod CHRISTVS suo tempore etiā corpora nostra expergefaceret & ab omni corruptione libera reddere velit, ad quā spem præstrenuē nos hortatur, inquiens. Capita vestra atrollite, appropinquat enim redemptio vestra.

Esa. 40<sup>a</sup>Luc. 21<sup>a</sup>

Quæ autem iam attuli de duplici cōsolatione, quam in Christo & per Christum habemus, iis tantummodo dicta sunt, qui in Christū credunt, ipsum desiderāt & imitantur. Nam quemadmodū Hierosolymis erāt multi, quibus Christi ingressus, neq; gaudiū neq; spem adferebat vllā: ita erūt in extremo die, non pauci, quibus aduētus Christi formidabilis sit magis futurus, q̄ iucundus. Zacharias bonū quidem nuntiū & lætum attulit nomine primi aduētus Christi, at nō omnibus, sed filia tantum Sion. CHRISTVS factis potens esset seruandū cunctos mortales, sed non omnes eum recipiunt, nec ipse cōpellere quenquā vult. Vnde fit, vt pleriq; hominū salutis prorsus expertes sint. Eodem modo Christus in hoc euangelio promittit hominibus perfectam redemptionē: sed magnum facit discrimen inter suos & eos, qui se mundo consecrarunt. Vos, inquit, respicite, appro-

Zach. 9<sup>a</sup>

appro:

# POSTILLA F. IOAN. FERI

» appropinquat enim redemptio vestra. Illi verò extabescunt  
 » præ metu & expectatione eorum, quæ superueniunt vniuer-  
 » so orbi terrarum. Et sic ab utraque parte mundus excludi-  
 » tur à consolatione, quæ nobis in Christo promissa est, ni-  
 » hil illo fruitur nec hic, nec in futuro, non percipit hic remis-  
 » sionem peccatorum, quapropter etiam non est, quod in altera  
 » vita redemptionem expectet. Qui enim hic per Christum  
 » non iustificatur, is in altero sæculo redemptionem nullam  
 » sperare potest. Quod si CHRISTVS in extremo die de-  
 » bet tibi esse seruator et redemptor, rex iustus tibi prius in hac  
 » Rom. 15. vita fuerit necesse est. Sic enim ait Paulus, Quos iustifica-  
 » uit, illos & magnificabit. Hic verus ordo est, ad magnifica-  
 » tionem seu beatitudinem peruenire nequis, nisi prius iusti-  
 » ficatione donatus sis.

Quamobrem primum omnium traditur in ecclesia, Chri-  
 » stum cum summa mansuetudine venisse, ut peccata tolleretur,  
 » & venturum adhuc semel cum potestate ac virtute diuina,  
 » ut corpora nostra integritati restituat, à morte & omni ma-  
 » lo liberet. Talis prædicari vult CHRISTVS, non iustus so-  
 » lum, sed & seruator, non modo seruator, sed etiam iustus,  
 » id est, bifariam. Appellatur primo, ut admonui, iustus, quod  
 » coram deo nos iustificet, ac suam nobis communicet iusti-  
 » tiam & donet, veluti ait Propheta. Sua iustitia, aut ut nos  
 » legimus, in sua scientia ipse iustus (intellige CHRISTVS)  
 » iustificabit multos. Deinde quoque in illum cõpetit iusti no-  
 » men, quod nihil boni, non digno munere compenset, & nihil  
 » mali impunè dimittat. Sic quoque bifariam seruator dicitur,  
 » primo quod iam animas nostras à peccato & maledictione le-  
 » gis eripiat: secundo, quod etiam corpora nostra resuscitaturus  
 » sit, ac tum corpus & animam ad æternam beatitudinem tradu-  
 » cturus. Et hæc sunt, quæ passim in scripturis sacris nuntiata  
 » Rom. 8. nobis fuerunt, ut sint improbis perpetuo testimonio contra  
 » ipsos, nobis verò & omnibus dei filiis solatio perenni.

Porro id ipsum est, quod Paulus in hodierna Epistola di-  
 » cit, inquit: Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scri-  
 » pta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum  
 » spem habeamus, &c. Epistola hæc rectè & meritò cum hodie-  
 » » no Evangelio legitur. Non enim solū scire oportet Christum  
 » venisse iustitiam & salutem dandi gratia, verum etiam, qui  
 » sint illi, quibus hoc beneficii præstare vult Christus, quid  
 » in illis dignum animaduertit, quid ad hoc illum cõmo-  
 » uerit, & quid vicissim ab illis requiratur. Quæ omnia perspi-  
 » cuit

tue admodum in hac epistola ostensa sunt, Nam primo scire vis, quibus CHRIS TVS venerit vt commodaret, Affirmat Paulus eum Iudæis & Gentibus venisse, quanquã vocet ipsum ministrum circumcisionis, hoc est, populi Iudaici, qui propter circumcisionem à reliquis nationibus omnibus separatus erat, cuius minister Christus factus est, dū in propria persona ei suū verbum traderet. Non sum inissus, inquit, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël. Attamen ex gratia CHRIS TVS postmodum per Apostolos etiā Gentibus innotuit & prædicatus est, quod futurum ipse admonuit, dum ait: Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, hoc est, ex natione Iudaica, & illas oportet me adducere, &c. Iam qui Christū vera fide accipiunt, ad eorū utilitatem quoq; venisse putari debet, siue sint Iudæi, siue Gentiles, nam omne hic sublatum est discrimen. CHRIS TVS legem Moysi (quæ veluti murus inter Iudæos & Gentes posita erat, eosq; ab inuicem determinabat) amouit & abrogauit, atq; ita e gemino vnū fecit populum, &c. Præterea Deus diues gratiæ est in omnes, qui inuocāt illum, tam Iudæos, quā Gentēs, quemadmodū Iohel longe ante vaticinatus est, fore, vt non solum Iudæi, sed quicumq; nomē dei inuocent, salutem sint consecuturi. Hi demum ex Christi aduentu utilitatem capiunt.

¶ Nunquid verò iam scire cupis, quid ad hoc Christū mouerit, aut quid in utroq; populo respexerit? Ne hoc quidē subtriceret Paulus, clarè satis & euidenter docens, Christum nullibi nec in Iudæis nec in Gentibus humani meriti rationem habuisse vllā: sed soliū dei veritatis & misericordiæ. Quod ita accipiendum est, q̃ CHRIS TVS, quantū ad Iudæos attinet, venerit propter veritatem dei, quò perspicere possent deum stare promissis, quæ Patribus fecerat. Quod ad Gentes pertinet, Christus venit, vt Deus non solum verax, sed & misericos inueniretur & ab omnibus agnosceretur. Nihil enim Gentibus constabat de promissis, quocirca singulari hoc beneficentiæ & misericordiæ ascribendum est, q̃ pari cū Iudæis forte ad hereditatem dei vocari & admisi sint & adhuc admittantur. Et hoc iam secundum est, cuius in hodierna epistola meminit Paulus. Non parui momenti est. Nam Paulo adhuc doctrinā euangelicā profiteri te, nolebant nec poterant tam Iudæi q̃ Gentes satis intelligere, cui gratiā euangelii & agnitiōe Christi attribuere deberent, Iudæi opinabatur nihil nō debere circumcisioni &

Mat. 15.

Ioan. 10.

Ephe. 2.

Rom. 10.

Iohel. 2.

# POSTILLA F. IOAN. FERI

obseruationi legum. Gentes falso sibi blandiebantur, arbitrat, quoniam legis & voluntatis diuine prorsus ignari fuissent, & ita ex ignorantia admississent, peccata sua minus esse capitalia, minusque atrocia, cuius rei intuitu, sibi quoque Christum esse predicatum. At uero Paulus utrinque constanter negat. Vobis Iudæis, uult dicere, CHRISTVS non propterea uenit, quod uestrum in lege diligens studium meruerit, sed ut Deus suorum promissorum, quæ Patribus facta erant, obseruantissimus deprehenderetur. Vobis Gentibus CHRISTVS & dei gratia non idcirco annuntiata est & oblata, quod peccata uestra tam vilipendenda fuerint, sed quod tanta dei sit misericordia, ut etiam uos, quibus nihil promiserat quicquam omni gratia indigni erant, numero beatorum asserere uoluerit. Ex his abunde patet Christum neque in Iudæis, neque in nobis Gentibus nostra merita considerasse, sed solum dei ueritatem & misericordiam.

Nam uero scire etiam desideras, quid Christus uicissim ab utrisque populis requirat. Et id Paulus docet, A Iudæis postulat, ut ueritatem dei, à Gentibus autem, ut dei misericordiam laudibus uehant, predicentque, ut pauciores sint, nullus alteri contemptui habeat, nemo se alteri præferat, sed uno ore omnes deum laudent & magnificent per dominum nostrum Iesum Christum, ut repleantur gaudio & pace in credendo, ut abundant in spe, & uirtute spiritus sancti. Hoc per hodiernam epistolam docemur. At nonne uidetur tibi appositè apud hodiernum euangelium locum habere, & statim in ipso exordio christianæ doctrinæ? Utinam prout digni es, assequi mare possemus, ad quid uocari simus, quapropter, & quid facere nos deceat, non foret mihi dubium ullum, quin tale principium in nobis magnum quiddam esset effecturum.

## SERMO SEPTIMVS NOSTRVS

Dicit de duplici Adventu Christi.

**Q**ui paulo accuratius obseruat, quid agatur in ecclesia & præcipue hoc tempore, facile inter reliqua considerabit ecclesiam ab adventu Christi annum auspicari, quantumuis minus anno aliud assignet initium, nempe primum diem Ianuarii. Sed quid nobis rei cum mundo? Omnis nostra salus à solo Christo dependet, quapropter aduentus ipsius in mundum, merito orditur annum. Hinc iam fit, quod proximè elapsa dominica cum gaudio conspeximus illum urbem Hierosolymam ingredientem, populo deuotè eum excipiente eique acclamante, Hosanna fili David,

Mat. 21.

Mat. 24.

David, benedictus qui venit in nomine domini.

Quod autem iam in hodierno euāgelio tam repente ad finem mundi & ad extremū iudicium deducamur, in quo Christus denuō apparebit, nō quidē vt primo, sed cū splendore maximo ac maiestate, & tanta cū gravitate, vt cælum, terra, omniaq; elementa commoueri debeāt, Dei verō & Christi hostes prae metu & expectatione instantium malorum extrabescant, mirari, inquam, quis posset, quo consilio id fecerit ecclesia, q; sine vilo intermedio vtrunq; Christi aduentum, vnum statim post alterum proponat, tāra temporis intercapedine vtrunq; dirimente, ita, vt ille principiū sit, hic finis nostrae salutis. Anni sesquimille iam pridem elapsi sunt à primo aduentu Christi, necdum etiā appareret secundus aduentus, quinimō is adhuc non modò cunctis mortalibus, sed angelis quoq; omnibus incognitus est, soli vero Deo notus, vt testatur Christus ipse.

Quamquā fuerunt tā apud Iudeos, q; apud Christianos, qui conari sunt tempus supputare q; dū durare debeat hic fiatus orbis. Et quidē apud Hebraeos nonnulli ex Rabinis pro certo asseuerare ausi sunt mundū millibus annorū staturum, quibus exactis æternum sabbatū & quietem subsequaturum. Cuius opinionis ansam acceperē ex verbis, quae David ad deū loquitur: Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterni. Quoniā itaq; sex dies sunt per hebdomadam, quibus operi vacatur, & septimus quieti nuncupatus est, protinus hinc intulere, mundū quoq; sex millibus annorū stare & durare oportere, pro singulo quoq; die mille annis, quibus euolutis, vitæ huic laboribus plene finem ponendum esse, quiete tum æterna initium capiente. Huc etiā adducit vetus dictum tanquā ab Helia propheta profectum, quod sic habet: Duo millia inane, duo millia lex, duo millia Messias. Vt sit, Rabini isti diuinare quidē: sed an scopū attingant, pro certo nobis affirmare non possunt.

*Psal. 90.*

Gliscente iam ecclesia, atq; adeo ipsis Apostolorū temporibus quidā erant ingenio simplices, quibus hodierni euāgelii principiū ita cordi erat, & talem iniiciebat metum, vt quotiescunq; aliquid noui & insoliti vel in cælo vel in terris viderēt, putarent iam iam adesse extremum diem & aduentū Christi. Erant etiā ea ætate malefici aliqui seductores, qui homines adeo trepidos & pusillanimes faciebāt, vt tandem cōtra eos calamū stringere Paulus cogeretur. Rogamus, inquit, vos fratres, per aduentum Domini nostri Iesu

*i. Thes. 5.*

E 2 Iesu

# POSTILLA F. IOAN. FERI

„ Iesu Christi, vt non cito moueamini à vestro sensu, neque  
 „ terreamini, neq; per spiritum, neq; per sermonem, neq; per  
 „ epistolam tanquā per nos missam, quasi infiet dies domini.  
 „ Ne quis vos seducat vilo modo, quontam nisi venerit dis-  
 „ cefsio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, &c. Post  
 „ hos oriebantur alii noui erroris authores, occasione quoq;  
 „ sumentes ex hoc euangelio, vbi Christus inquit, attollite  
 „ capita vestra appropinquat enim redemptio vestra. Ex his  
 „ verbis ilico colligebant, Christum in postremo aduentu cū  
 „ suis fidelibus per mille annos in terris acturum. Vnde &  
 „ Chiliasis dicti sunt, sed hæreseos ab ecclesia postea dam-  
 „ nati fuere.

Ante annos aliquot, & nostro seculo, nōnulli inconsue-  
 tas aquarum inundationes & tempestates, quæ quibusdam  
 in locis oboriebantur, interpretabantur omnē esse nō lon-  
 ge abfuturi extremi iudicii, sed iam ipsosmet eius interpre-  
 tationis pudet. Inuenias & hac ætate aliquos, qui ad certū  
 annorum numerū attingere conantur extremū diem, qui-  
 bus non redit in mentem id, quod Christus haud obscure  
 alicubi dicit, neminem de hoc die scire, ne ipsos quidē an-  
 gelos, qui in cælis sunt.

*Mat. 24* Ecce, tam varii errores nati sunt ex huius euangelii occa-  
 sione, quod ibi fieri necessum est, vbi plura scire volumus,

*Rom. 11.* q̄ par est aut nostra refert. Homo Christianus simpliciter  
 verbis Christi fidem habere debet, nec temerē ad summū  
 perferuari mysteria Dei. Quapropter valeant friuolæ istæ  
 disputationes de extremi diei temporibus, operam potius  
 quisque pro virili det, vt cum ea tempora inciderint accin-  
 ctus & paratus inueniatur. Hæc cogitandi materiam nunc  
 nobis ecclesia subministrat in eo q̄ vtrunq; aduentū Chri-  
 sti, qui tantis spaciis à seinuicē seiuncti sunt, vno quodam  
 modo eodemq; tēpore suis filiis proponat. Homo christia-  
 „ nus semper vnum oculum ad primum, alterum ad secun-  
 „ dum Christi aduentum intentū habere debet. Quod nisi  
 „ fecerimus, nunquam nō deerit nobis aliquid quod ad per-  
 „ fectum Christianum pertineat.

„ Nisi enim in animum induxerimus cogitauerimusq; hu-  
 „ mano generi subueniri non potuisse, nisi filius dei sese de-  
 „ mitteret homo nasceretur, mortemq; opperiret, &c. Qui  
 „ hoc non continūe versat animo & ob oculos habet, nunq;  
 „ suā spem omnē & fiduciā in Christo collocabit. Sic etiam  
 „ nisi perpetuo menti nostræ obuerfetur Christus tanquā ar-  
 „ biter

biter

hiter iterum venturus, & causam aditurus de nostris operibus, ut unicuique suis factis digna rependatur merces, facile in omnia vitiatorum genera prolabimur, ad desidiam, torporem & ocium procliuues. Qui verò indefesso studio & semper memoria secum repetit, nobis per unicum Christum vitam, salutem omniaque bona contigisse, is fidem suam, spem & charitatem in nullum alium dirigit: sed dicturus erit cum Dauide: Domine nō discedimus a te: viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus. Ita quoque, qui diligenter expendit Christum tamquam iudicem, cui pater omne iudiciū tradidit reuerfurum esse, & nos coram tribunali omnes comparere debere ac reddere vitæ nostræ exactæ rationem, ut nunc ex Salomone auditum est, hoc qui perpendit & credit, inquam, is proculdubio tanto magis sibi cauebit a peccatis & tanto erit ad bonas actiones propensior. In omnibus operibus tuis (inquit Iesus Syrach) memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

At iam vide quæso, an non necessitatis causa ita sit institutum & prouisum, ut duplices hi aduentus Christi, tametsi multis seculis a seinuicem distet nobis tamē uno quasi momento proponantur, idque in ipso anni exordio. Et quis est tam perfrixæ frontis, qui hanc consuetudinem reprehendere aut damnare possit? Non debet non scire homo christianus, Christum semel venisse & adhuc semel venturum, & postremo tandem mundum periturum. Hæc nosse & perpendere operæpretium est, multum arguari & dissuadere velle de rebus futuris, quas notas nobis esse Deus non vult, plurimum quidem leuitatis habere, at utilitatis nihil. Quod sacræ literæ nobis non tradunt, iis tuto carere possumus, non refert, tamen si nos fugiat. Verum quod scriptura & ecclesia nobis proponunt, id ut sciamus, magnopere necessarium, si modo nomini Christiano respondere velimus.

Et ad hunc loci pertinet hodierna epistola, in qua Paulus ait: Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, &c. In hac epistola liquido apparet, quorsum nos Paulus deducat, quæ præcepta nobis præscribat, quamve doctrinam tradat, & quid nobis precetur. Ad sacram scripturam nos relegat eamque nobis commendat, ut quæ utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut homo dei ad omne opus bonum sit instructus. Deinde docet nos Paulus, ut quoniā originē ducimus

Eccl. 12

Psal. 79

Ioan. 5.

Rom. 14.

Eccl. 12.

Eccl. 7

Rom. 15

2. Tim. 3

## POSTILLA F. IOAN. FERI

*Psalmus* 115  
 eimus ex Gentibus, Deum per Christum omni tempore lau-  
 dibus extollamus & predicemus, propter ineffabilem ip-  
 sius misericordiam, per quam nos soli ad gratiam Christi &  
 noui testamenti admissi sumus, quemadmodum multis tem-  
 poribus ante ipsum Dauid praeuixerat, omnes gentes &  
 populos in nouo testamento Deum laude prosecuturos, eo  
 quod non solum veraciter praestitisset, quae promiserat Iudeis:  
 sed etiam misericordiam confirmasset super Gentes. Et hoc  
 iam vnum est, quod Paulus in ista epistola nos docet.

¶ Alterum est, ut inuicem nos suscipiamus, sicut & Chri-  
 stus nos suscepit, quorum vnum nos commune facit, quo  
 pacto nos erga Deum, alterum, quo pacto erga proximum nos-  
 trum gerere debeamus. Postremo optat Paulus, ut dei be-  
 neficio, idem probemus & improbemus, idem velimus &  
 nolimus, ne in fide & doctrina Christiana pugnemus aut  
diuersum sentiamus, ut mutua & fraterna inter nos chari-  
 tas sit, denique optat etiam nobis gaudium & pacem, & ve-  
 de die in diem accrescamus augeamurque in fide nostra, spe  
 ac virtute sancti spiritus. In his iam qui sese exercet, is ven-  
 turum iudicem alacri, securo, imperterrito animo visurus  
 est. Quamobrem hodie vna cum ecclesia rogemus, ut Deus  
 corda nostra excitare dignetur, ad preparandam viam vni-  
 co ipsius filio, quod coram illo in eius aduentu animo corre-  
 cto & puro comparere queamus, & cum illo aeterni regni  
 delitiis frui.

## SERMO OCTAVVS

*Agit de extremo die & signis antecedentibus.*

**D**Vo in hoc euangelio nobis consideranda sunt. Pri-  
 mo, quod CHRISTVS a speciali iudicio & pena, quae  
 in urbem Hierosolymam ipsiusque populum decre-  
 ta erat, statim etiam descendat ad generale iudicium  
 & malum, quod vniverso mundo immineret. Secundo, quae  
signa mundi interitum essent proditura. In primo Chri-  
 stus nos docere voluit, ut omnes speciales penas & iudicia,  
 quibus homines quidam peculiares, ciuitates aut regiones  
 obnoxiae sunt, non aliter accipiamus, quam generales quaedam  
admonitiones, quae omnibus peccatoribus interminantur.  
 Quia doctrina nihil in vita magis necessariū est. Nam alio-  
 quin plerumque fieri consuevit ut quando de singularibus  
 personis talia supplicia sumi cernimus, nihil amplius consy-  
 deremus, quam peccata eorum hominum, quibus eiusmodi poena  
 inferitur, nec hoc sat est, sed crimina exaggeramus, nec non  
 damna

damnamus miseros illos homines, ut qui talem penam merito patiantur, & indigni sint, quibus à Deo parcat. Interim verò in nostris propriis vitiis cæcutamur, quæ tamen quandoque terribiora sunt vitiis illorum, quibus pena irrogatur, atqui etiam blandimur nobis, illos sanctitatis nomine nobis longe postponimus, arbitramur probitati nostræ acceptum ferri oportere, quod Deus eiusmodi mala à nobis auertat.

Haud dissimile ab illo est, quod in euangelio legitur de quibusdam, qui accedentes Christum, ei nuntiabant, quod crudeliter Pilatus in Galilæos aliquos sæuisset, non solum vitam illis ademisset, sed sanguinem quoque ipsorum miscuisset sacrificiis eorum. Sed quo responso à Christo accepti fuerunt? Putatis, inquit, quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico vobis: sed nisi penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Sicut illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos. Putatis, quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Hierusalem? Non, dico vobis: sed si penitentiam non habueritis, omnes similiter peribitis. Vides hic Christum ipsum docere, ut ex aliorum pena & iudicio, nostra quoque peccata & meritam penam perpendamus. Nihil alioquin peius & homine Christiano indignius est, quam aliorum tam acutè obseruare malefacta, eaque mirum in modum amplificare, & planè, quod dicitur, ex musca facere elephantum, nostra verò vel lippis oculis præterire, vel quouis modo excusare, eleuare.

Hoc iam CHRISTVS quoque, hoc loco, & in hodierno euangelio præuertere voluit, in eo, quod à speciali iudicio & pena, quæ in Hierosolyma pronuntiauerat, mox sumit occasionem dicendi de generali iudicio, quod toto orbi terrarum commune erit. Quapropter etiā tu es optime Christiane, quoties audis, quid Christus vbi in Hierosolyma interminatus sit, cum primò cogitare, similem penam & iudicium omnibus huius seculi filiis impendere. Quum audis vel legis, deum olim humani generis leuitatè, luxu vitæque impietate diluuii puniuisse, pro certo habere, ipsum pari, vel etiā maiore & grauiore supplicio ac iudicio in omnes carnales Christianos animaduerturum. Sic etiam cum Deus quinq; illas ciuitates, Sodomā, Gomorrah & reliquas igni cælitus misso vastaret, iram suam & penam declarare voluit in omnes, qui idè peccati genus sectarentur. Sic Deus omnibus tyrannis

Luc. ix.

Gen. 7.

Gen. 19.

Exo. 14.

POSTILLA F. IOAN. FERI

*interminatus est, cum Pharaonem decem plagis inauditis affligeret, ac postremo cum omnibus copiis cum in rubro mari mergeret. Sic interminatus est seditionis omnibus Deus, cum permitteret, ut terra ingenti hiatu homines factiosos Dathā & Abirō ita viuos deuoraret. Sic omnibus immodestis & inobedientibus filiis Deus interminatus est, quū Ab salonem, qui propriū suum patrē persequebatur & ē regno pellebat, miserabilem vitæ exitū habere sineret, & ita cum aliis sacræ scripturæ exemplis. Quoties aliis videmus poenā infligi, nos nostri admissi recordare debemus. Quæ res merum nobis generabit & coget ad penitentiam, quod poenā auertere & irā dei placare queamus. Quod si enim nosmetipsos iudicemus, & sumamus de nobis supplicium, minus datur ansæ deo ad puniendum nos & iudicandum.*

*Idq; cōsiderandū nobis datur ex eo, quod CHRISTVS à principio prædicationis, vnde hodiernum euangeliū de promptum est, vrbi Hierosolymæ suum excidium annuntiat, at mox verò digreditur ad iudiciū & poenā, quæ afficiuntur omnes mali. Et ita sanē necessum est, omnia specialia iudicia & poenæ, sunt signa quædam vniuersalis iudicii ac poenæ, & ita quoq; accipere debemus. Quare autē Christus hanc adeo ciuitatem Hierosolymā, & vastationē ipsius mundo & illius finī cōpararit, superius in alio sermone demonstratū est. Cæterum nunc audiemus, quomodo & quibus verbis CHRISTVS mundi finē ac extremum iudiciū describat & denuntiet. Erunt signa, inquit, in sole, luna & stellis, &c. Ista verba propriē respiciūt finem mundi, & certa illa signa sunt postremi aduentus Christi & visu & auditu horrenda. Etenim sine pauore omnino fieri nō potest, quin imō per se nihil esse potest formidabilius, q̃ si omnes creaturæ, quæ supra nos, circa nos & infra nos sunt ita cōmoueantur, ac si cœlū & terra vna vice minentur ruinā. Atqui talis erit temporum illorū cōditio, nec tam facile illa signa transigentur, vt quidam existimant.*

*Primo namq; non erunt Eclipses, terræmotus & aquarū inundationes, quæ non rarō vsu venire solent, & quæ causas suas naturales habent, sed noua, prodigiosa, admiranda, insolita, certa erunt opera infinitæ dei potētiae & virtutis. Cuius rei vel inde argumentum haberi potest, quod Christus non simpliciter dicat: Erunt signa, &c. sed addat, talem fore in terris pressurā gentiū, vt præ timore & expectatione rerū futurarū extabescāt, quantum illa anxietas malos potissimum*

Num. 16

2. Reg. 18

2. Cor. 11

Luc. 21

tissimum correptura est. Nam boni habent, quo se confo-  
lari possint, habent suum asylum, ad quod confugiāt, nimi-  
rum corpus Christi, qui in cruce hostia factus, defendit eos  
ac protegit ab omni malo.

Mat. 24.

Secundo signa ista non in vna aliqua duntaxat mundi  
parte apparebunt. Postquam enim futurū iudiciū cunctis  
mortalibus cōmune erit, erunt etiā communis signa praece-  
dentia. Quanquā quidē Deus iam inde ab initio quandoq;  
magna & naturam excedentia quibusdā in locis adiderit  
portenta, non tamen erant signa venturi iudicis sed plaga  
dei, & ideo nō totum orbem peragrabāt, sed certis quibus-  
dam in locis ad tempus durabant. Verum enimvero plaga  
dei & signum venturi iudicis, res sunt longe diuersissimae.  
Plaga dei aliquos tantū homines contingūt, signa autem  
venturi iudicis vniuerso humano generi apparebunt.

Tertio, erunt haec signa non solum spiritualia, vt nonnul-  
li opinātur, sed extrema & visibilia. Quanquā si spirituali-  
ter ea interpretari lubet, iam dudum haec signa adimpleta  
sunt, & indies adhuc adimplentur. Nam CHRISTVS sol  
iustitiae, in multis hominibus, tenebris obductus est. Luna  
quoq; Christiana ecclesia, splendorem suum amisit, nō am-  
plius tam claret illustribus exemplis, vt olim solebat, pro-  
pmodum in sanguinem versa est, ob internas dissensio-  
nes, seditiones & armorum tumultus, qui inter nos sunt.  
Aut sol, hoc est, spiritualis ecclesiae potestas, quam Christus  
appellat lucem mundi, prorsus caligat. Et luna, hoc est, sa-  
cularis potestas, sanguinolenta omnino est, & apud multos  
in meram tyrannidem mutata, Stella de caelo cadunt, Ple-  
bei Christiani, qui lucere debebant seu luminaria in mun-  
do, in varia crimina & errores prolabuntur, quemadmodū  
Paulus futurū prae dixit: In nouissimis diebus erunt homi-  
nes seipso amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemī, paren-  
tibus nō obediētes, ingrati, scelerati, sine affectione, sine pace  
incōtinentes, proterui, voluptatū amatores magis, q̄ dei ha-  
bentes speciem quidē pietatis, virtutem autē eius abnegan-  
tes, &c. Ad hunc modū stellae de caelo cadūt, Christiani ab  
ecclesia & conuersatione Christo digna desciscunt. Quae  
omnia spiritualiter completa esse videmus.

Mala. 4.

Iob. 2.

Mat. 3.

Phil. 2.

2. Tim. 3.

”

”

Nilominus tamē haec signa quae CHRISTVS hic re-  
cenfet, extrinsecus & oculis exhiberi oportet. Ira enim plu-  
rimas ob causas Deo ordinatū est. Primo, vt per eiusmodi  
eterrima signa, horror futuri iudicij, & per antecedentia

E 5 innu-

POSTILLA F. IOAN. FERI

**Rom. 3. 2.** Innumera peccatorum genera, æternum supplicium secutura, notum fieret. Secundo, ut mali & impij homines prius etiam in hac vita, creaturis omnibus dent genus, qui creaturis omnibus aduersus deum abusi sunt. Tertio quoque per hæc signa indicabitur, creaturas, quæ modo tam malis, quam bonis ministrare coguntur, licet contra voluntatem earum, in posterum tamen talibus dei inimicis, operâ suâ amplius dare nolle, nec diutius ferre posse illorû in deum indignas contumelias. Quarto, talia signa fient, ut testetur mundum iam ad iustam peruenisse senectutem & tempore satis longo stetitisse. Quemadmodum enim in humano corpore quotidiani morbi & omnium membrorum debilitas indicia sunt corporis nō diu duraturi: ita quoque hæc signa mundi finem portendēt. Ea autem maxime de causa Christi signa iam inaudiri suum aduentû præmittet, ut electi de mundo fugam tanto citius maturent.

Hoc potissimum Christi consiliū est in euangelio isto, quod vel hinc liquere potest, quod tot tamq̃ seueras admonitiones mox subiungat, ut vigilemus & operiamur, nec villo modo corpora nostra prauemus crapula, & ebrietate, aliisve huius mûdi curis, aperte nimirum ostendens, nobis minimum suspicâibus, fore iudicem præforibus. Hic iam verus signorum istorum usus est, non temerè de eo disputare, sed mundum fugere, excubias agere & orationi vacare.

**Mat. 24.** Huc quoq̃ pertinet illud Pauli, quo hortatur nos, ut abnegemus impietate & secularia desideria, sobriè & iuste & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatâ spem & aduentû gloriæ magni dei, & saluatoris nostri Iesu Christi.

**Luc. 21.** Tit. 2.

Quamobrem, optimi Christiani, aduigilemus hic quisq̃ suam scrutetur conscientiam, ipse secum inear rationem, an suas partes coram iudice tueri possit, si imparatum se cognoscit, ilicò ad Christum properet: nam per nullum alium securitatem consequetur. At ne moram trahat, ne in diem reiiciat, veniet enim dies domini, sicut fur in nocte. Qui autem in vera fide & gratia dei stat in tuto est & manet, audacter iudicem aspiciet, & ab eo coronam æternæ gloriæ accipiet. Benignissimus Deus faxit sua gratia, ut nos omnes in iudicio dei tales inueniamur, Amen.

SERMO NONVS

Indicat, quid Deus in hodierno Euangelio malis minaturus sit & bonis promiserit.

Etia

**E** T si nos Christiani aliud nihil haberemus, nec quicquam nobis traditum fuisset præter hodiernū evangelium, satis tamen nobis quibuscumque etiam tam bonis, quā malis, incitamenti esse debebat ad omne pietatis studium, usque adeo Christus in eo improbos reddidit attonitos, tā mirabiliter bonos consolatus est. In principio Christus agit de fine mundi, & futuro iudicio tantum cum severitate & verborū pondere, ut mundo & carni omnium adductissimi ad ea etiam obstupescere queant. Et sub fine in talibus usus est verbis, quō illi, qui mūdo & voluptatibus ita immersi sunt, ut nec dei nec animarū suarū salutis curā habeant, ad minus meditatione futuri periculi ad honesti amorē impellerētur, propriamque ipsorū salutē aut etiā sempiternum exitium tanto diligentius considerarent.

Quin CHRISTVS ita loquitur in principio huius evangelii, ut etiā probus, quando illud audit vel legit, nō immerito cū sancto Dauide clamet & dicat: Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Et rursus: Dñe ne inires in iudiciū cum seruo tuo, quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Item: Sub vmbra alarū tuarum protege me. Et cū Ecclesia: Domine miserere mei, cum veneris ad iudiciū.

*Psal. 6.  
Psal. 142.*

*Psal. 16.*

Contra verò in calce huius evangelii, quā humaniter, quā benignē suos affatur, ut quiuis filius dei meritō cum Hieremia erūpere debeat ac dicere: Bonus est dñs sperantibus in eū, animā quærenti illū, & cū Dauide, Beata gens, cuius est dominus, Deus eius: populus quē elegit in hereditatē sibi. Item: Beatus quē elegisti & assumpsisti inhabitabit in ætēria tuis. Replebimur in bonis domus tuæ, &c. In nostro iā arbitratu est, qualē iudicē habere velimus. Si cōsistat & ut equū est Christo adherescimus, non est quod ipsius iudiciū formidamus. Sin verò tēpus gratiæ negligimus, meritō Christū iudicē timuerimus. Vtrūque nobis cōmonstrauit, vitā & mortē, benedictionē & maledictionē, aquā & ignē, celi & infernū nobis proposuit, vtrū amplexi fuerimus, id nobis cōtinget tria, quæ oīa formidabilia sunt, annūtiat malis in hoc euāgelio, nimirū finē mūdi, futurū iudiciū & æternā damnationē. Bonis verò cōtra annūtiat tria, quæ oīa incredibile habet cōsolationē, securitatē, pfectā redēptionē & regnū dei, eaq; oīa tam certō, quā certō deus verax est & verbū ipsius æternū.

*Thre. 3.  
Psal. 32.*

*Psal. 64.*

*Deut. 22  
Eccle. 15*

*Esa. 40.*

Primo, audimus in hodierno euangelio, quod nemo philosophorum vnquam sciuit, nec vllus ethnicorū credidit,

*Luc. 21.*

mun:

# POSTILLA F. IOAN. FERI

- mundum scilicet aliquādo desitutum. Cælum & terra, inquit CHRIS TVS, transibunt, non q̄ in nihilum redigentur & euanescent instar fumi, sed q̄ mutabuntur, defecabuntur, & renouabuntur. Cælum & terra transibunt, nō eorū substantia, sed qualitas, officia ac ministeria. Cælum nō solis amplius, nec Luna splendore, nec motu aliquo indigebit, terra fructus proferre cessabit, quoniam post extremum iudicium earum rerum nullus vsus erit. Huc iam pertinet id quod CHRIS TVS in euangelio toties repetit de fine seu consummatione mundi, cui cōgruit Paulinum
- Luc. 21.** „ illud: Expectatio creaturæ, reuelationem filiorum dei expectat, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptio-  
 „ nis, in libertatem gloriæ filiorum dei. Et quod Petrus dicit: Cæli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur, terra autem & quæ in ipsa sunt opera exurentur, pro quibus rursus noui cæli & noua terra iuxta dei prouisa creabuntur, &c.
- Rom. 8.** „ Istud p̄mum iam est, quod CHRIS TVS malis annuntiat, mundum uidelicet, in quo omnem suam spem & fiduciam collocant, putre esse fundamentum, quod firmum & stabile esse nequit. Vnde necessario sequitur, quicunq̄ infirmo huic fundamento mundo se credunt, eos cum mundo pessum ire oportere, id quod Ioannes prolixè describit in sua Apocalypsi, quomodo Babylonem, mūdum præcipitem ferri, & omnes eos, qui illi fidunt probro affici oporteat. Is verò ipse Ioannes nos omnes appellat, inquires: Nolite diligere mundum, neq̄ ea, quæ in mūdo sunt: mundus enim transit & concupiscentia eius. Hæc vobiscum perpendite,
- 2. Pet. 3.** „ vos diuites, qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsq̄ ad terminum loci, non secus, ac si soli terram occupaturi sitis. Hic attendite vos superbi, & fastu tumidi, qui nihil aliud cogitatis, quàm vt nidus vester sit in excelso. Imò vos omnes qui mundo adhuc affixi estis, fugam capessite, dum licet, ne cum mundo occidatis. Redimite animas vestras, ne respicite, vt angelus dicebat ad
- Esa. 9.** „ **Abac. 2.** „ Loth. Sarius est egenū & nudum seruari & beatum fieri, quàm diuitem cum mūdo pessundari. Præstat vnum habentem oculum in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.
- Gen. 19.** „ **Mat. 18.** „ Secundum, quod Christus impiis in hoc euangelio nuntiat & interminatur, est extremum iudicium, quod priore lōge formidabilius est. Leue esset, nos audire oportere mūdum

dum

dum interituum, & nos fato debitum soluturos, nisi quon-  
 que nobis coram iudicio parendum foret, & coram tali iu-  
 dicio, in quo omnium nostrorum verborum, operum, &  
 cogitationū ratio ad amissum reddenda erit, singulis ac-  
 cepturis præmia suis operibus digna, coram tali, inquam,  
 iudicio, in quo iudicē nihil latebit, qui omnia poterit, qui  
 est omnium iustissimus, atq; adeo ipsa iustitia, ita vt neque  
 precibus, neque muneribus scēti possit. Tale iudicium an-  
 nuntiat & minatur Christus omnibus impiis hominibus,  
 quo illis nihil terribilius meritō esse debet. Nulla res in to-  
 ta scriptura verbis tam tristibus effertur, quā extremū iu-  
 diciū Esaias dicit: Terra visitabitur voce magna turbinis  
 & tempestatis, & flamma ignis deuorantis. Ioel ait: Veniet  
 dies Domini, propē est dies tenebrarū & caliginis, dies nubis  
 & turbinis, ante faciem eius ignis vorans, & post eum  
 exurēs flamma, Simile quiddam habet Sophonias, sed plu-  
 ribus verbis. Item Malachias inquit: Ecce venit Dominus,  
 & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit  
 ad videndum eum? ipse enim quasi ignis confans, &c. Et  
 paulō post: Et accedam (inquit Deus) ad vos in iudicio, &  
 ero testis velox, maleficis & adulteris & periuris & qui ca-  
 lumniantur mercedem mercenarii, & humiliant viduas &  
 pupillas, & opprimunt peregrinū, nec timuerunt me. Idem  
 rursus in hæc verba: Ecce dies veniet succēsa quasi caminus,  
 & erunt oēs superbi, & oēs facientes impietatem stipula, &  
 inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum.  
 In nouo Testamēto de futuro iudicio verba æquē stupē-  
 da sunt. Mittet Filius hominis, inquit C H R I S T V S, ange-  
 los suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos  
 qui faciunt iniquitatem, & mittēt eos in caminū ignis, ibi  
 erit fletus & stridor dentium. Item separabit iudex bonos  
 a malis, sicut pastor segregat oues ab hēdis, & statuet oues  
 quidem a dextris suis, hēdos autē a sinistris. Tunc dicet his  
 qui a sinistris erūt: Discedite a me maledicti in ignem æter-  
 num, &c. Ad eundem quoq; modum loquitur Paulus: Tri-  
 bulatio & angustia in omnē animā hominis operantis ma-  
 lum, &c. Vide, tali ratione malis extremū iudiciū nuntia-  
 tum est, nimirum q̄ potuit fieri verbis scēuissimis, tam in ve-  
 teri q̄ in nouo Testamento, idq; non solum ab antiquis  
 Prophetis, verumetiam a Christo ipso, eiusq; Apostolis. Et  
 istud secundum est iam, quod improbis in hodierno Euan-  
 gelio nuntiatur & minitandō prædictum.

Tertium

Mat. 12.

Rom. 14.

Esa. 29.

Ioel. 2.

Soph. 1.

Mala. 3.

Mala. 4.

Mat. 13.

Mat. 25.

Rom. 2.

# POSTILLA F. IOAN. FERI

*Mat. 25.* Tertium est æterna cōdemnatio, quæ quidem hic expressa non est. Nam Christus hoc loco de iudicio suæ orationis terminum constituit, sed in Matthæo apertè dicit eos, qui ad sinistram stabunt, æterno supplicio tradendos esse. Ex his nunc cōiecta, & animo recole, quot quantaq; pericula malis impendeant, mors, finis & deuastatio mundi, iudiciū, et post hæc omnia tandem cōdemnatio nullis finienda tēporibus. Quid igitur nobis deploratiū, qui nihili facimus hæc omnia, & quorū animos ea, ne tantillū quidē sollicitat, cū vel labore minimo et impendio leuissimo, omnia eiusmodi mala & pericula virari à nobis ac declinari possent? Nempè si ex intimis affectibus et plena fiducia nos Christo traderemus, & vestigiis ipsius omni tēpore ingrederemur. Hactenus de principio Euangelii istius, quod ad malos.

*LUC. 21.* Bonorum etiā haudquaquam CHRISTVS immemor fuit, ad hos se vertit in fine istius Euangelii, tria idem illis annūtiāns, sed talia, quæ ne cum totius mundi quidem bonis & diuitiis comparanda sunt. Primum est indubitata securitas in aduersis quibuscunq; etiā. His fieri incipientibus, inquit Christus, & malis præ metu & angustia animo dubiis, respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. His verbis Christus suis fidelibus pollicetur certā securitatem, qua hominī in terris nihil melius vel optabilius accidere potest, vt nimirū tū securum se sciat quando mundus & vniuersum humanum genus tū more percitum erit. Talis verò securitas nō aliunde proficiscitur, quā ex vera fide & animo sibi bene conscio.

*Rom. 8.* Secundum, quod CHRISTVS suis promittit, est perfecta redemptio, quam quidem redemptionem Christus nobis iam pridē obtinuit & impetrauit, qua frui in solidum non possumus quandiu in mundo mortali corpore degimus. Vbi verò CHRISTVS denuō apparuerit, tum perfectè & anima & corpore redempti erimus.

Tertium, quod CHRISTVS suis electis recipit, est regnum Dei, hoc est, fons vberissimus & copiosissimus omnium bonorum. Scitote, inquit Christus, quoniam prope est regnum dei, Quod comprobatur similitudine instantis ætatis, Quoniam itaq; ætatem, quæ tamen diuturna nō est, tanto desiderio expectamus, quanto maior nos tenere debet cupiditas æternæ ætatis, quā nulla vnquam hyems secutura est. Hæc ergo consideremus diligētē circa hodiernū Euangelium. Deus Opt. Max. sua nos dignetur gratia.

*Habitus Anno M. D. XLVI. tempore magni belli  
docet, quid bono Christiano circa istud Euangelium  
considerandum faciendumque sit. A.*

**Q**ui hodiernū legiti Euangelii animo attento & cō  
iudicio, & illud cū præsente rerū conditione, statu  
ac mundi cursu cōparat, is tēpora iam illa esse, de  
quibus Christus locutus est, nō immeritō omina-  
ri possit. Si nō extrinsecus in celo & astris multa & noua  
visuntur signa, tantō ea magis & terribilius in terris appa-  
rent spiritualiter, in sole, luna, & stellis, hoc est, in ecclesiasti-  
cis & secularibus Magistratibus & subditis, vnde conflare  
potest, pręter tremendū iudiciū & pēnā, nihil nobis esse ex-  
pectandū, sic vt missi non sit, si res accuratē expenderetur,  
homine prę metu & expectatione talis pēnæ & iudicii, his  
etiā tēporibus extabescere. Quem nō inuadat metus, quā-  
do videt tāis seditionibus, bellis inauditis & dissidiis ter-  
ram cōmoueri? Quæ quid aliud esse possunt, q̃ certissima  
signa, aduenientis Domini ad iudiciū? Si non ad gena-  
rale iudiciū viuorum & mortuorum, at saltem ad specia-  
le iudiciū & pēnam eorum, qui supersites adhuc sunt.

Hoc iudiciorum vnum est, de quo scriptura dicit: Cla-  
mor Sodomorum & Gomorthæorum, inquit Deus, mul-  
tiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis.  
Descendam & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me,  
operē cōpleuerint, an nō est ita vt scia. Tale nunc nobis im-  
pendet iudiciū, mala, scelerata, impia nostra vita tā diu cla-  
moribus celum fatigauit, vt tandē cōnuere amplius deum  
pigeat, sed accinxerit se ad poscēda supplicia. Verendū iraq̃  
est, ne tēpora ad nos iā deuoluta sint, quæ tū Sodomorum  
erāt, & postea vrbis Hierosolymę, cū Deus per Ezechiele ei  
nuntiaret indicare q̃. Hæc dicit Dñs Deus terræ Israel: Fi-  
nis venit, venit finis super quatuor plagas terrę. Nunc finis  
super te, & immittā furorem meū in te: & iudicabo te iuxta  
vias tuas: & ponā cōtra te oēs abominationes tuas. Et non  
parcet oculus meus sup te, et nō miserebor: sed vias tuas po-  
nam super te, & abominationes tuas in medio tui erūt, &c.  
Et rursus ad ciuitatem Niniue loquens: Væ ciuitas sangui-  
nū, vniuersa mendacii dilaceratione plena, non recedet ā  
te rapina. Vox flagelli, & vox impetus rore, & equi fremen-  
tis, & quadrigæ feruentis & equitis ascendentis, & micātis  
gladii,

Gen. 18.

Ezec. 7.

Nahum. 5.

# POSTILLA F. IOAN. FERI

gladii, & fulgurantis hastæ. Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, &c. Hac quoq; lege nunc Dominus venit. Talis aduentus nunc nobis expectandus est, talem domini aduentum nobis præfagunt graues omnium terrarum commotiones. Longè diuersum est ab eo, quod hodie canitur in ecclesia O filia Sion, ecce Dominus adierit tibi, salutem afferens cunctis populis, & vox ipsius laudū audietur, quæ omnium vestrum animos reficiet. Sic, inquam, hodie omnibus bonis Christianis & filiis Dei acclamatum est, quod re ipsa quoq; experiuntur. Nos autem aliud experimur, & meritò. Nobis iniuria non fit. Nam si Christū seruatorem habere recusamus, iudicem illū habere nos oportet. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.

*Psal. 118.*

O beatos illos homines, qui in tanta ira, in tanta pœna, oculos tamen attollere adhuc audent, & sperare, ea omnia quantumuis horrenda, certam ipsorum redemptionem fore. Sed quā exiguus eorum numerus est? Quis nostrum omnium est, qui nocentem se non agnoscat, à minimo ad maximum usq; quin ad irritandum Deum frigidam, vt in prouerbio est, suffuderit? Quid igitur prius, quidve melius facere possumus, quā vt ad Deum preces fundamus, vt vires suas exeret ad auxiliandum nobis aut ad liberandum nos? Nisi enim Deus properè adfuerit, & istas cōmotiones tam vehementes nō modò caput, verumetiā fluuiorum, hoc est, promiscuæ multitudinis sua gratia & imperio sedauerit cōposueritq; actum de nobis & nostra patria est. Quò magis & crebrius per preces ad Deum currendum erat, & interim consilia ex sacris literis petenda. Huc iam respicit, quod in hodierna epistola legitur: Quęcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.

*Rom. 15.*

Hæc Pauli verba nobis loco magni solatii esse debēt, eò q; Deus sacram scripturā nobis tradiderit, inq; ea tot præclara exempla, tot insignia & illustria verba, cū iræ ipsius, tum iudicii nobis proponi curarit, Quęcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, &c. Deinde quoq; non parum nos consolari debet, q; Paulus Deum Dominū nostrum tot magnificis & splendidis ornet titulis, appellans eum Deum pacis, patientiæ & consolationis. Quę nomina talia sunt, vt quæ nobis animum & fiduciam addere debent ad petendum à Deo consolationem, pacem & patientiam. Quod autem Paulus in loco suæ Epistolæ iam cōmemorato rem tam serio agat, vt Iudæi & Gentes, quicunq;

*Ibidem.*

fidem

Idem Christi professi erant, id ipsum scirent in alterutrum  
secundum Iesum Christum, ut vnanimis, vno ore laudibus  
terrent Deum & patrem domini nostri Iesu Christi, nec al-  
ter alter sese preferret, &c. merito nobis documētum esse  
& nos instigare debebat, ut eadem illa praeferre quoque in  
animum induceremus. O quam praeclare, q̄ vtiliter actum  
foret? Rursus quātam perniciem & damnum adfert nunc  
temporis, quod quisq; alio superior esse vult? Quā procul  
iam defleximus ab eo, quod Paulus à nobis tantopere con-  
tendit, nempe ut vnanimis, vno ore Deum & patrē domi-  
ni nostri Iesu Christi honorificemus? Vtinā nunc Paulum  
aliquem haberemus, qui vtrunque nos reprimat, & illud,  
quo maximē & proteruē satis nitimur, possit ac audeat sub-  
uertere?

¶ Principium & causa est omnis istius mali inter nos Chri-  
stianos, quod vnusquisq; optimus esse velit, alius alium cō-  
tempnat, & in inuidiam trahere conetur, nam ex huiusmo-  
di religiosa superbia fit, ut si alter alterius cōmodis obsta-  
re possit, omne moueat lapidem. Hoc iam nostrum studiū  
est, hi nostri conatus. Sed vbi interim id quod Paulus mo-  
net, ut vno ore Deum & patrem domini nostri Iesu Chri-  
sti praeedicemus. Quando id fit? Quinimo quis pectora no-  
stra, odio & liuore vsque adeo exasperata eo coget, nisi is  
solus, de quo Paulus dicit: Deus patiētiā & solatii det vo-  
bis id ipsum sapere in alterutrum. Talem quoq; suorum fidelium  
concordiam CHRIS TVS à Deo petit. Pater, inquit, rogo  
pro eis, quos mihi dedisti, ut omnes vnum sint, sicut tu pa-  
ter in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis, vnum sint, ut cre-  
dat mundus, quia tu dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Ni-  
hil hac oratione temporibus his magis necessarium nobis  
est: nā discordia & dissidia, in quā incidimus, perdunt nos  
tam temporaliter, quā spiritualiter.

Rogemus Deum, optimi Christiani, ut det nobis iterū  
vnanimem spiritum & pectus, sicut omnes pariter ad vnu  
spirituale corpus, & ad vnā spem aeternae hereditatis vo-  
cati sumus, vnumq; Deum, vnā fidem, vnu baptisma ha-  
bemus, & ad vnā beatitudinē annitimur. Nisi enim Deus  
talem spiritus vnitatem & vinculum pacis in nobis resar-  
cuerit renouariq; actum de nobis est. Deus oculos nobis  
aperire dignetur, Amen.

Ioan. 17.

Ephe. 4.

F Domi